<366157935300 19

<366157935300 19

Bayer. Staatsbibliothek

Asc. 2382.

HEBDOMAS

OFFICIOSÆ PIETATIS,

In usum piè precandi quotidianum

COLLECTA ET DISPOSITA

A

GEORGIO HESERO,
SOCIETATIS IESV
PRESBYTERO.

Bono potissimùm Studiosæ Iuventutis.

Hac XII. Editione.

Cum gratia & Privil. Sac. Cæs. Majest.
INGOLSTADII, *apud Ioan: Ostermayr.*
ANNO M. DC. LXXVI.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

SERENISSIMO

PRINCIPI, AC DO-
MINO, DOMINO

MAXIMILIANO EMMANVELI,

VTRIVSQVE BAVA-
RIÆ ET PALATINATVS
SVPERIORIS DVCI, COMI-
TI PALATINO RHENI, LAND-
GRAVIO IN LEVCHTEN-
BERG, &c.

Domino mea Clementiſsimo.

DEnuo Hebdomas mea Officioſæ Pietatis SERENISSIME PRINCEPS, Hebdomadem non longè ab ea

diverſam in ſequitur, in qua *Liber vitæ* (*Apoc.* 3.) Authore ubique decanato, amore ſcilicet divino, *quo uſque in finem diligebamur* (*Ioan.* 11.) in Golgothei Clivi officina, ad lugubre illud ſignum Tau, Plebis ludææ nefandis Typis, nimis quàm liberalibus IESV Nazereni Regis Iudæorum (*Ioan.* 19) ſumptibus, operâ Pilati Præſidis in totius humani generis Commodum prodijt; operæ tamen pretium eſſe Æterno Patri videbatur, cujus maximè licentia opus fuerat deproperatum ut

uberiores fructus hominibus relaturum majori cum aviditate ij amplecterentur, illum vitæ librum auro exornari, quod abunde præstitum esse arbitror, quando perenni resurrectionis gloriâ quinque rubeis Vulnerum margaritis insignitus è Passionis torculari in apricum splendidus prodijt, hoc est, (si fortè sub sipario loqui velle videat) quando *Leo de Tribu Iuda*, (*Apoc.* 5.) devicto tricipiti monstro redivivus à mortuis surrexit, non longe, inquam, ab hac Hebdomade

mea aliena eſt, illa quidem fuerat.

Magnum pietatis opus; mors mortua tunc eſt
In ligno quando mortua vita fuit.

Mea verò plenâ Pietate, officioſa etiam, ſcatet; hoc unũ ipſi olim deerat, quòd abſque Pietatis Patrono effluxent, ſed cum nuper SERENISSIMVM PRINCIPEM, Fortiſſimum Pietatis Propugnatorem nacta eſt, meritò eandem viam, quâ nuper ſub anni præcedentis auſpicium ad TE SERENISSIME PRINCEPS: ſupplex ac-

cedere

cedere non erubuit, denuo iteratis vicibus relegit, hoc unum supereſt, ut & nitor quidam huic meo libello, juxta priorem, addatur, quod ſatis efficietur, ſi hujus vitæ ærumnis pietate ac devotione, quæ juxta Celebratiſſimi Præſulis Sancti Franciſci de Sales (*in Philoth. p. 1. c. 1.*) mentem *in vero DEI amore non ſolum benè facere verum etiam ſollicitè diligenter, frequenter, promptéque operari aſſueto conſiſtit*, velut illicio quodam obductis, inceſſabile æternæ vitæ Alleluja ſuccedat, quod omni

bus hujus Hebdomadariæ pietatis Cultoribus usuveniet. Utere igitur SERENISSIME PRINCEPS hac Hebdomade, *qui diligis dies videre bonos*, ut post hujus vitæ Hebdomadem miserijs, veluti diebus distinctam, felicem Æternitatis annum consequaris. Ita ex opto Ingolstadii, Septimo Calendas Maij Anno 1669.

SERENITATIS TUÆ.

Devotissimus cliens,

Ioannes Ostermayr.
Typogr. Academ.

PIO ET OFFICIOSO PRECATORI,

Ex hac Hebdomada dierum

Annos æternos optat.

GEORGIVS HESERVS
è SOC. IESV.

HEbdomas hæc Officiosæ pietatis, ad usum piè precandi in singulos dies â me collecta fuit, bono potissimùm studioſæ juventutis, quæ in Societatis nostræ disciplinam traditur,

ut

ut unà cum litteris mores Chri-
stianis dignos inprimis hauriat.
Pervolavit ejtò plurimorum a-
dolescentum & virorum manus
hoc, quidquid est libelli, ut adeo
prælum sæpius fatigaverit, quô
plurium satisfieret desiderio Iam
ubi tribus, ut ajunt, verbis in-
stitutum meum explicuero, jube-
bote, Officiose Lector, valere.
Preces prolixiores non æquè om-
nibus, ac ferè non conveniunt
Studiosis: at breves cui non?
Has ut varietate commendarem,
in suas Hebdomadem dies, diebus
singulis Officium tribui, quo
DEV M, Dei Matrem, aut
Divos cælites venereris. Mate-
riem suffecerunt nunc litteræ di-
vinæ: quis Orthodoxorum eas re-

 pudiabit?

pudiabit? nunc ab Ecclesia institutæ preces: quis has eliminabit? nunc quæ Sanctorum usu virorum haud exiguum momentum habent. Hunc in modum Officium SS. Triados ex sententijs sacrorum Bibliorum, ex Hymnis, Antiphonis, & Orationibus Ecclesiæ in totum confeci: ex ijsdem, & Iubilo S. Bernardi, Officium SS. Nominis IESV: pro Fidelibus defunctis ex Ecclesia Sequentia: & ex S. Thoma Aquinatis. Officium de SS. Eucharistia: pro omnibus denique Festis B. Virginis, ex Hymno S. Casimiri. Cætera, ut de S. Spiritu, de S. Cruce, de Immaculata Conceptione B. Virginis, de VII. Doloribus ejusdem, S. Angeli Custodis, S.

Iosephi

Ioſephi, vel ritè jam dudum approbata ſunt, vel diuturno Fidelium uſu jam invaluerunt: ut adeo in ſanctiſſimas Leges me nihil commiſiſſe credam, qui tam probata, tam conſueta pijs Oratoribus propoſuerim. Vale, & quod ego poſt hujus Hebdomodam vitæ tibi, tu quoque mihi precare, perpetuum Sabbatum, æternam requiem, æternos veræ felicitatis annos. Ingolſtadij, Bojorum Atheneo, pridie Kal. Auguſti, qui dies Sanctiſſimo Parenti noſtro IGNATIO *ſacer eſt,*

M. DC. LVI. qui annus ab obitu ipſius fluxit centeſimus.

VIE

DIE DOMINICA.

Officivm Parvvm.

DE SS. TRINITATE.

AD MATVTINVM.

BEnedicta sit sancta Trinitas, atque indivisa Unitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam.

℣. Domine labia mea aperies.

℟. Et os meũ annunciabit laudẽ tuã.

℣. Deus in adiutoriũ meum intende.

℟. Domine ad adiuvandũ me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

A *Septuagesima usq; ad Pascha dicitur*:

Laus tibi Domine, rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

TU Trinitatis Unitas,
Orbem potenter quæ regis,
Attende laudis canticum,
Quod excubantes psallimus.

Quo, fraude quidquid dæmonum,
In noctibus deliquimus,

Abſtergat illud cælitus
Tuæ poteſtas gloriæ.
Præſta, Pater pijſsime,
Patríque compar Unice,
Cum Spiritu Paraclito
Regnans per omne ſæculũ, Amen.

℣. Benedicamus Patrem, & Filium,
cum ſancto Spiritu.

℟. Laudemus & ſuperexaltemus
eum in ſæcula.

Ant. Benedicta ſit ſancta, creatrix & gubernatrix omnium, ſancta & individua Trinitas, nunc, & ſemper, & per infinita ſæcula ſæculorum.

℣. Domine exaudi oratione meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne DEVS, qui dediſti famulis tuis in confeſſione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriã agnoſcere, & in Potentia Maieſtatis adorare Unitatem: quæſumus, ut eiuſdẽ fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur adverſis. Per Dominum noſtrum &c.

AD

AD PRIMAM.

BEnedicta sit sancta TRINITAS, atq; indivisa Unitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscū misericordiam suā

℣. DEVS in adiutoriū meum intende.

℟. Domine ad adiuvandū me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

Hymnus.

SPlendor paternæ gloriæ,
De luce lucem proferens,
Lux lucis, & fons luminis,
Diem dies illuminans:
Verúsque sol illabere,
Micans nitore perpeti:
Iubárque sancti Spiritûs
Infunde nostris sensibus.
DEO Patri sit gloria.
Eiúsque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc & per omne sæculum. Amẽ.

℣. Benedicamus Patrem, & Filium, cum sancto Spiritu.

℟. Laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

ANT. Gloria tibi Trinitas æqualis, una Deitas, & ante omnia ſæcula, & nunc & in perpetuum.

℣. Domine exaudi orationē meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne DEVS, qui dediſti famulis tuis in confeſsione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriā agnoſcere, & in potentia Maieſtatis adorare Unitatem: quæſumus, ut eiuſdem fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur adverſis. Per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, &c.

AD TERTIAM.

BEnedicta ſit ſancta Trinitas, atq; indiviſa Unitas: confitebimur ei, quia fecit nobiſcū miſericordiā ſuam.

℣. DEVS in adiutorium meū intende.

℟. Domine ad adiuvandū me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

Hymnus.

NUnc Sancte nobis Spiritus,
Unum Patri cum Filio,

Digna-

Dignare promptus ingeri
Noſtro refuſus pectori.
Os, lingua, mens, ſenſus, vigor,
Confeſsionem perſonent,
Flammeſcat igne charitas,
Accendat ardor proximos.
Præſta, Pater pijſsime,
Patrique compar Unice,
Cum Spiritu Paraclito.
Regnans per omne ſæculũ. Amen.

℣. Benedicamus Patrem, & Filium, cum ſancto Spiritu.

℟. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

Ant. Laus & perennis gloria DEO Patri, & Filio, ſancto ſimul Paraclito, in ſæculorum ſæcula.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne DEVS, qui dediſti famulis tuis in confeſsione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriã agnoſcere, & in Potentia maieſtatis

ſtatis adorare Unitatem : quæſumus ut eiuſdem fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur adverſis. Per Dominum noſtrum IESVM &c.

AD SEXTAM.

BEnedicta ſit ſancta Trinitas, atq; indiviſa Unitas: confitebimur ei, quia fecit nobiſcũ miſericordiã ſuam.
℣. DEVS in adiutorium meũ intende.
℟. Domine ad adiuvandũ me feſtina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

Hymnus.

SUmmæ Parens clementiæ,
Mundi regis qui machinam,
Unius & ſubſtantiæ,
Trinúſque perſonis DEVS.
Lætus dies hic tranſeat:
Pudor ſit ut diluculum:
Fides velut meridies:
Crepuſculum mens neſciat.
Patri, ſimúlque Filio,
Tibíque ſancte Spiritus
Sicut fuit, ſit jugiter
Seclum per omne gloria. Amen.

℣. Be-

℣. Benedicamus Patrem, & Filium, cum ſancto Spiritu.

℟. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

Ant. Gloria laudis reſoner ab ore omniũ Patri, genitæq; proli, Spiritui ſancto pariter reſultet laude perenni.

℣. Domine exaudi orationẽ meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne DEVS, qui dediſti famulis tuis in confeſsione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriã agnoſcere, & in potentia Maieſtatis adorare Unitatem: quæſumus, ut eiuſdem fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur adverſis. Per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, &c.

AD NONAM.

BEnedicta ſit ſancta Trinitas, atque indiviſa Unitas: confitebimur ei, quia fecit nobiſcũ miſericordiã ſuã.

℣. DEVS in adiutorium meũ intende.

℟. Domine ad adiuvandũ me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

Hymnus.

SPeculator adstat desuper,
Qui nos diebus omnibus,
Actúsque nostros prospicit
A luce prima in vesperum.
Mundum gubernet, & regat:
Confirmet actus strenuos:
Agenda rectè dirigat:
Casus secundet asperos.
Præsta, Pater pijssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spiritu Paraclito
Regnans per omne sæculũ, Amen.

℣. Benedicamus Patrem, & Filium,
cum sancto Spiritu.

℟. Laudemus & superexaltemus
cum in sæcula.

Ant. Ex quo omnia, per quẽ omnia, in quo omnia; ipsi gloria in sæcula.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui dedisti

dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia Maiestatis adorare Unitatem: quæsumus, ut eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum IESVM &c.

AD VESPERAS.

BEnedicta sit sancta Trinitas, atque indivisa Unitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam.

℣. DEVS in adiutorium meũ intende.
℟. Domine ad adiuvandũ me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

Hymnus.

IAm sol recedit igneus:
Tu lux perennis Unitas,
Nostris, beata Trinitas,
Infunde lumen cordibus.
Te mane laudum carmine,
Te deprecamur vespere:
Digneris, ut te supplices
Laudemus inter cælites.

Præsta, Pater pijssime,
Patrique compar Unice,
Cum Spiritu Paraclito.
Regnans per omne sæculũ. Amen.

℣. Benedicamus Patrem, & Filium,
cum sancto Spiritu.

℟. Laudemus & superexaltemus
eum in sæcula.

Ant. Te DEVM Patrem ingenitũ, Te Filium unigenitum, Te Spiritum sanctum Paraclitum, sanctam & individuam Trinitatem, toto corde & ore confitemur, laudamus, atque benedicimus: Tibi gloria in sæcula.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

OMnipotens sempiterne DEVS, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia Maiestatis adorare Unitatem: quæsumus, ut eiusdẽ fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum &c. AD

AD COMPLETORIVM.

BEnedicta sit sancta Trinitas, atq; indivisa Unitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiã suã.

℣. Cõverte nos Deus salutaris noster.

℟. Et averte iram tuam à nobis.

℣. Deus in adjutoriũ meum intende.

℟. Domine ad adjuvandũ me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja;

Hymnus.

ÆTerna cæli gloria,
Beata spes mortalium,
Noctem repelle sæculi:
Lux sancta nos illumines:
Absint faces libidinis,
Et omnis actus noxius,
Ne fœda sit, vel lubrica
Compago nostri corporis.
Præsta Pater pijssime,
Patrique compar Unice,
Cum Spiritu Paraclito
Regnans per omne sæculũ. Amẽ

℣. Benedicamus Patrem, & Filium, cum sancto Spiritu.

℟. L

℟. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

Antiph. Tres ſunt, qui teſtimoniũ dant in cælo. Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus: & hi tres Unum ſunt.

℣. Domine exaudi orationem meam

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio

OMnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis in confeſſione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia Maieſtatis adorare Unitatem: quæſumus, ut eiuſdẽ fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur adverſis. Per Dominum noſtrum &c.

Commendatio.

O Trinitatis Unitas,
Et Unitatis Trinitas:
Da te fruendam ſervulo
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Benedictiones.

Benedictione perpetuâ benedicat nos
Pater æternus. Amen.

Uni-

Unigenitus DEI filius nos benedicere & adiuvare dignetur. Amen.

Spiritus sancti gratia illuminet sensus & corda nostra. Amen.

Benedicat & custodiat nos omnipotens & misericors Dominus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Amen.

Die Dominica quivis Christianus magno cum fructu faciet, si attentè perlegat, & considerate expendat unum è tribus Symbolis Fidei, quibus utitur sancta mater Ecclesia.

I.

SYMBOLVM APOSTOLORVM,

in duodecim distinctum Articulos.

I. CRedo in DEVM Patrē omnipotentem, creatorem cæli & terræ.

II. Et in IESVM Christum filium eius unicum, Dominum nostrum.

III. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex MARIA Virgine.

IV. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus

V. Descendit ad inferos, tertiâ die resurrexit à mortuis.

VI. Aſcendit ad cælos, ſedet ād dexteram DEI Patris omnipotentis.

VII. Inde venturus eſt, judicare vivos & mortuos.

VIII. Credo in Spiritum ſanctū.

IX. Sanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum Communionem.

X. Remiſsionem peccatorum.

XI. Carnis reſurrectionem.

XII. Et vitam æternam. Amen.

II.

SYMBOLVM SS. OECVMENICI *Concilij Nicæni.*

CRedo in unum DEVM, Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, viſibilium omnium, & inviſibilium. Et in unum Dominum IESVM Chriſtum, Filium DEI unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia ſæcula. DEVM de DEO, lumen de lumine, DEVM verum de DEO vero. Genitum, non factum, conſubſtantialem Patri: per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, &

propter

propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis. ET INCARNATVS EST DE SPIRITV SANCTO, EX MARIA VIRGINE: ET HOMO FACTVS EST. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertiâ die, ſecundum Scripturas. Et aſcendit in cœlum: ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria, judicare vivos & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum, Dominum & vivificantem: qui ex Patre Filióque procedit. Qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur: qui locutus eſt per Prophetas. Et unã ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unũ baptiſma in remiſsionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſæculi. Amen.

III.

Symbolum S. Athanaſij.

QUicunque vult ſalvus eſſe, ante omnia

omnia opus eſt, ut teneat Catholicam fidem.

Quam niſi quiſque integram inviolatámque ſervaverit, abſq; dubio in æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc eſt, ut unum DEVM in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur.

Neque confundentes perſonas, neque ſubſtantiam ſeparantes.

Alia eſt enim perſona Patris. alia Filij, alia Spiritûs ſancti.

Sed Patris, & Filij, & Spiritûs ſancti una eſt divinitas, æqualis gloria, coæterna maieſtas.

Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus ſanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus ſanctus.

Immenſus Pater, immenſus Filius, immenſus Spiritus ſanctus.

Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus ſanctus.

Et tamen non tres æterni, ſed unus æternus.

Sicut

Sicut non tres increati, nec tres immensi; sed unus increatus, & unus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens

Ita DEVS Pater, DEVS Filius, DEVS Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Dij; sed unus est DEVS.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Domini; sed unus est Dominus.

Quia sicut singillatim unam quamque personã Deũ ac Dominũ confiteri Christianâ veritate compellimur: ita tres Deos aut Dominos dicere, Catholicâ religione prohibemur.

Pater à nullo est factus: nec creatus, nec genitus.

Filius à Patre solo est: non factus. nec creatus, sed genitus. Spi

Spiritus ſanctus à Patre & Filio: non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens.

Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Filius, non tres Filij: unus Spiritus ſanctus, non tres Spiritus ſancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut poſterius, nihil majus aut minus: ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coæquales.

Ita ut per omnia, ſicut jam ſuprà dictum eſt, & unitas in Trinitate, & Trinitas in unitate veneranda ſit.

Qui vult ergo ſalvus eſſe, ita de Trinitate ſentiat.

Sed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem, ut incarnationē quoq; Domini noſtri IESV Chriſti fideliter credat.

Eſt ergo fides recta, ut credamus & confiteamur, quia Dominus noſter IESVS Chriſtus DEI Filius, DEVS & homo eſt.

DEVS eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus: & homo eſt ex ſubſtā-

 tris in ſæculo natus. Per

Perfectus DEVS, perfectus homo: ex anima rationali & humana carne subsistens.

Æqualis Patri secundū divinitatē. minor Patre secundum humanitatē.

Qui licet DEVS sit, & homo, non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.

Unus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ.

Nam sicut anima rationalis & caro unus est homo: ita DEVS & homo unus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertiâ die resurrexit à mortuis.

Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram DEI Patris omnipotentis: inde vēturus est judicare vivos & mortuos.

Ad cujus adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis proprijs rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum.

Hæc est fides Catholica: quam nisi quisque fideliter firmiterq; crediderit, salvus esse non poterit.

Gloria Patri, & Filio, &c.

CONFESSIO OMNIPOTENTIS DEI, TRINI ET VNIVS.

Ex Meditat. S Augustini c. 1. p. 12.

O Summa TRINITAS, virtus una, & indiscreta Maiestas, DEVS noster, DEVS omnipotens, confiteor tibi ego ultimus servorũ tuorum, & exiguum membrum Ecclesiæ tuæ: confiteor tibi, honorifico te debito sacrificio laudis, proscire & posse, quod mihi tantillo donare dignatus es. Et quia exteriora mihi munera desunt, quæ possim offerre, ea quæ in me sũt vota laudationis ex dono misericordiæ tuæ, ecce libens atq; ovans offero tibi de fide non ficta, & conscientia pura. Credo igitur te toto corde,

Rex

Rex cæli, & terræ Domine, & orote: confiteor Patrem & Filium & Spiritũ Sanctum, in persona trinum, & in substantia unum verum DEVM omnipotentem, unius simplicis, incorporeæ, invisibilis, & incircumscriptæ naturæ, nihil te superius, aut inferius maiusve aliquid habentem; sed per omnem modum sine deformitate perfectum, sine quantitate magnum sine qualitate bonum, sine tempore sempiternum, sine morte vitam, sine infirmitate fortem, sine mendacio verum, sine situ ubique præsentem, sine loco ubique totum, sine extensione omnia implentem, sine contradictione ubique occurrentem, sine motu omnia transcendentem, sine statu intra omnia manentem, sine indigentia omnia creantem, sine labore omnia regentem, sine tui initio omnibus initia dantem, sine tui mutatione omnia mutabilia facientem: in magnitudine infinitum, in virtu-

or-

omnipotentem, in bonitate ſum̃ũ, in ſapientia inæſtimabilem, in conſilijs terribilem, in judicijs juſtum, in cogitationibus ſecretiſsimum, in verbis veracem, in operibus ſanctum, in miſericordijs copioſum: erga delinquẽtes patientiſsimum, erga pœnitentes pijſsimum: ſemper eundem ipſum æternum ac ſempiternũ, im̃ortalem atque incommutabilem: quem nec ſpatia dilatant, nec brevitas locorum anguſtat, nec receptacula ulla coarctant, nec voluntas variat, nec neceſſitudo corrumpit, nec mœſta perturbant, nec læta demulcent: cui nec obliuio tollit quidquam, nec memoria reddit, nec præterita tranſeunt, nec futura ſuccedunt. Cui nec origo initium, nec tempora incrementum, nec caſus finem dabit; ſed ante ſæcula & in ſæculis, & per ſæcula in æternum vivis: & eſt tibi perennis laus & æterna gloria, ſumma poteſtas & ſingularis honor, perpetuum regnum, & ſine fi-

ne

ne imperium, per infinita & indefessa & immortalia sæcula sæculorum, Amen.

ALIAS S. BERNARDI ABBATIS Serm. XI. in Cant.

O Beata & beatifica sanctissima TRINITAS, ad te mea misera Trinitas miserabiliter suspirat, quoniam à te infeliciter exulat. Discedens à te quantis se intricavit erroribus, doloribus, timoribus? Heu me! qualem pro te cõmutavimus Trinitatem? Cor meum conturbatum est, & inde dolor, dereliquit me virtus mea, & inde pavor; & lumen oculorum meorum non est mecum & inde error. En quàm dissimilem Trinitatem animæ meæ trinitas exulans offendisti! Verumtamen quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in DEO, quoniam adhuc confitebor illi: cum error videlicet à ratione, à voluntate dolor, atq; à memoria timor omnis recesserit &

ſucceſſerit illa, quam ſperamus, mira ſerenitas, plena ſuavitas, æterna ſecuritas. Primũ illud faciet veritas DEVS; ſecundum charitas DEVS; tertium ſumma poteſtas DEVS: ut ſit DEVS omnia in omnibus, ratione recipiente lucem inextinguibilem, voluntate pacem imperturbabilem conſequente; memoriâ fonti indeficienti æternaliter inhærente.

Alia Petri Caniſij Soc. IESV, ad SS. Trinitatem laudatoria confeſſio, faciendo die Dominico Manual. Catholicorum. Exerc. IX.

EGo Chriſtiano nomine prorſus indignus, te DEVM Patrem ingenitum, te Deum Filium unigenitum, te Deum Spiritum ſanctum paracletum, ter beatam, æternam, ac individuam TRINITATEM corde & ore confiteor, laudo, atque benedico. Te unum, verum & omnipotentem Deũ, rerum auctorem, & conſervatorem, à quo, & ad quem omnia, ſupplex adoro.

doro. Tuam immenſam potentiam, tuam æternam ſapientiam, tuam incomprehenſibilem bonitatem agnoſco & prædico. Scio te ſolo nihil majus, nihil ſapientius, nihil melius eſſe poſſe. Celſitudinem & gloriam tuam cæli & Angeli, mundus & elementa, tum quæcumque ſubſiſtunt, vivunt, ſentiunt, ac operantur, multis nominibus produnt. Quanta verò virtus, ſapientia & benignitas tua in homine condendo, & cum lapſus eſſet ac perditus, reſtituendo! O quantum charitati tuæ debemus, tam nobiliter ad imaginem & ſimilitudinem tuam creati, tam charo redempti pretio, tantis gratiæ donis cumulati, tam excellenter ad ſummam cæleſtemque gloriam nobis à te promiſſam ſublimandi? Quid retribuet tibi homo, ſacratiſsima Trinitas, pro cunctis miſerationibus & beneficijs tuis in humanum genus collatis, propter charitatem tuam immenſam. quâ nos etiam

tiam antequam mundus fieret; præter omne meritum dilexisti? Atque inter alia, summæ bonitati tuæ gratias ago peculiares, quòd præclaris veréque divinis operibus hunc diem, quem jure Dominicum appellamus, mirifice cohonestasti, atque consecrasti: Operibus, inquam, creationis, redemptionis, atque sanctificationis. Nam hoc die, qui primus est dierum omnium, præpotens dextera tua cælum & terram ex nihilo condidit. Hoc die Christus mortis, peccati Satanæque victor, augustâ resurrectione suâ nobis ad beatam immortalitatem certum aditum reseravit. Hoc die Spiritus S. super discipulos in linguis igneis apparuit, suæq; gratiæ thesauros in Ecclesiam primùm effudit. Benedicamus ergo Patrem, & Filium, cum sancto Spiritu, laudemus, & superexaltemus eum in sæcula. Ex quo, per quem, & in quo omnia, ipsi gloria in sæcula.

CO-

COROLLA, SIVE ROSARIUM SS. TRINITATIS.

Ex P. Thoma Sailio Soc. IESV,

Parte 1. *Thesauri precum, Cap.* 1. *Exercit. V. & Cornelio à Lapide Comment. in Isai Cap.* 6. *v.* 3.

MOdus piè *Corollam istam orandi, quatuor hisce regulis continetur.*

I. *Efformanda initio sancta Crux, & dicendum*: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. *Et hoc materiatâ cruciculâ indicatur.*

II. *Dicendum sacræ Litaniæ initium* 1. Pater de cælis DEVS; Miserere nobis. 2. Fili Redemptor mundi Deus, Miserere nobis. 3. Spiritus sancte DEVS, Miserere nobis. 4. Sancta TRINITAS unus DEVS, Miserere nobis.

III. *Dicenda Oratio Dominica, cum Angelica salusatione, quoties ad consequentium globulorum majorem aliquem ventum fuerit.*

IV. *Ad omnes verò globulos mi-*

nores dicendum vel Seraphicum illud Isa. 6. v. 3. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus DEVS Sabaoth: plena est omnis terra gloriâ eius. *Vel cum Ecclesia;* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. *Vel si placet, utraque Doxologia simul jungatur, aut in alternis decadibus alternetur.*

Cornelius à Lapide loc. cit. vehementer commendat hoc Rosarium, quod scribit edidisse P. Nicolaum Serarium, ac eandem, Nihil, *inquit,* sanctius, nihil DEO dignius, & gratius, nihil homini utilius, ab eo orari aut fieri potest.

ALIVD ROSARIVM CVM *Mysteriis de SS. Trinitate.*

IN *Decade prima, & quarta sic oretur:* Ave Maria, *Filia DEI Patris,* gratiâ plena: Dominus tecum, &c.

In Decade secunda, & quinta dicatur: Ave Maria, *Mater Filij Dei,* gratiâ plena Dominus tecum, &c.

In

In Decade tertia, & sexta dicatur: Ave Maria, *Sponsa Spiritus Sancti:* gratiâ plena: Dominus tecum, &c.

EADEM DIE DOMINICA.

OFFICIVM PARVUM DE SS. NOMINE JESV.

AD MATVTINVM.

IN nomine IESV omne genu flectatur; cælestium, terrestrium, & infernorum.

℣. Domine labia mea aperies.

℟. Et os meum annunciabit laudem tuam.

℣. DEVS in adjutorium meũ intende.

℟. Domine ad adiuvandũ me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

A Septuagesima usq; ad Pascha dicitur: Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ

Hymnus.

JESU dulcis memoria,
Dans vera cordis gaudia:

Sed ſuper mel & omnia,
Ejus dulcis præſentia.
Nil canitur ſuavius
Auditur nil jucundíus,
Nil cogitatur dulcius,
Quam IESVS DEI Filius.
IESV ſpes pœnitentibus,
Quam pius es petentibus,
Quàm bonus te quærentibus,
Sed quid invenientibus?
IESVS dulcedo cordium,
Fons vivus; lumen mentium,
Excedens omne gaudium,
Et omne deſiderium.
Nec lingua valet dicere,
Nec littera exprimere,
Expertus poteſt credere,
Quid ſit IESVM diligere.
IESVM quæram in lectulo,
Clauſo cordis cubiculo:
Privatim, & in publico,
Quæram amore ſedulo.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

Antiph.

Antiph. Vocatum est nomen eius Iesvs, quod vocatum est, ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Sanctum & terribile nomen eius.

℣. Domine exaudi orationē meam,

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

SAncti nominis tui, Domine, timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum: quia nunquam tuâ gubernatione destituis, quos in soliditate tuæ dilectionis instituis. Per Dominum nostrum.

AD PRIMAM.

IN nomine Iesv omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum.

℣. Deus in adjutorium meū intende.

℟. Domine ad adiuvandū me festina.

Gloria Patri, &c. Alleluja.

Hymnus.

CUm Maria diluculo,
Iesvm quæram in tumulo,

C

Clamore cordis querulo,
Mente quæram, non oculo:
Tumbam perfundam fletibus,
Locum replens gemitibus:
IESVS provolvar pedibus,
Strictis hærens amplexibus.
IESV Rex admirabilis,
Et triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis,
Totus desiderabilis,
Mane nobiscum Domine,
Et nos illustra lumine,
Pulsâ mentis caligine,
Mundum replens dulcedine.
Quando cor nostrum visitas,
Tunc lucet ei veritas.
Mundi vilescit vanitas,
Et intus fervet charitas.
Amor IESV dulcissimus,
Et verè suavissimus,
Plus millies gravissimus,
Quàm dicere sufficimus.
Hæc probat eius passio,
Hoc sanguinis effusio,

Per quam nobis redemptio
Datur, & DEI visio.

℣. Sit nomen Domini benedictum:
℟. Ex hoc nunc & usque in sæculum.

Antiph. A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

SAncti nominis tui Domine, timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum: quia nunquam tuâ gubernatione destituis, quos in soliditate tuæ dilectionis instituis. Per Dominum nostrum &c.

AD TERTIAM.

IN nomine IESV omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum.

℣. DEVS in adjutorium meũ intende.
℟. Domine ad adiuvandũ me festina.
Gloria Patri, &c. Alleluja.

Hymnus.

IESVM omnes agnoscite,
Amorem eius poscite:

IESVM ardenter quærite,
Quærendo inardescite.
Sic amantem diligite,
Amoris vicem reddite,
In hunc odorem currite,
Et vota votis reddite.
IESVS auctor clementiæ,
Totiùs spes lætitiæ,
Dulcoris fons & gratiæ,
Veræ cordis deliciæ.
IESV mi bone, sentiam
Amoris tui copiam:
Da mihi per præsentiam,
Tuam videre gloriam.
Cùm dignè loqui nequeam
De te, tamen ne sileam;
Amor facit, ut audeam,
Cum de te solùm gaudeam.
Tua IESV dilectio,
Grata mentis refectio,
Replens sine fastidio,
Dans famem desiderio.
Qui te, gustant, esuriunt;
Qui bibunt, adhuc sitiunt;

Deſiderare neſciunt,
Niſi IESVM, quem diligunt.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

Antiph. Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibns, in quo oportet nos ſalvos fieri.
℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

SAncti nominis tui, Domine, timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum: quia nunquam tuâ gubernatione deſtituis, quos in ſoliditate tuæ dilectionis inſtituis. Per Dominum noſtrum.

AD SEXTAM.

IN nomine IESV omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.
℣. DEVS in adiutorium meũ intende.
℟. Domine ad adiuvandũ me feſtina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

Hymnus.

Quem

QVem tuus amor ebriat,
Novit, quid IESVS sapiat:
Quàm felix est, quem satiat!
Non est ultrà, quod cupiat.

IESV, decus Angelicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar cælicum.

Desidero te millies,
Mi IESV quando venies?
Me lætum quando facies?
Me de te quando saties?

Amor tuus continuus,
Mihi languor assiduus,
Mihi fructus mellifluus,
Est, & vitæ perpetuus.

IESV, summa benignitas,
Mira cordis jucunditas,
Incomprehensa bonitas,
Tua me stringat charitas.

Bonum mihi diligere
IESVM, nil ultrà quærere,
Mihi prorsus deficere,
Ut illi queam vivere.

O Iesv mi dulciſsime,
Spes ſuſpirantis animæ;
Te quærunt piæ lachrimæ,
Te clamor mentis intimæ.

℣. Sit nomen Domini benedictum:
℟. Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

Antiph. Ego in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesv meo.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

SAncti nominis tui Domine, timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum: quia nunquam tuâ gubernatione deſtituis, quos in ſoliditate tuæ dilectionis inſtituis. Per Dominum noſtrum &c.

AD NONAM.

IN nomine Iesv omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.

℣. Deus in adjutorium meũ intende.
℟. Domine ad adiuvandũ me feſtina.

Gloria Patri, &c. Alleluja.

Hymnus.

QUocunque loco fuero,
Mecum IESVM desidero:
Quàm lætus, cùm invenero,
Quàm felix, cùm tenuero!
Tunc amplexus, tunc oscula,
Quæ vincunt mellis pocula:
Tunc felix Christi copula,
Sed in his parva morula.
Iam quod quæsivi, video?
Quod concupivi, teneo.
Amore IESV langueo,
Et corde totus ardeo,
IESVS cùm sic diligitur,
Hic amor non extinguitur;
Non tepescit, nec moritur,
Plus crescit, & accenditur.
Hic amor ardet jugiter;
Dulcescit mirabiliter,
Sapit delectabiliter,
Delectat & feliciter.
Hic amor missus cælitus,
Hæret mihi medullitus,
Mentem intendit penitus.
Hoc delectatur spiritus.

O beatum incendium.
Et ardens desiderium!
O dulce refrigerium,
Amare DEI Filium

℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc & usque in sæculum.

Antiph. Memores erunt nominis tui, Domine, in omni generatione & generatione.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

SAncti nominis tui, Domine, timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum: quia nunquam tuâ gubernatione destituis, quos in soliditate tuæ dilectionis instituis. Per Dominum nostrum.

AD VESPERAS.

IN nomine IESV omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum.

℣. DEVS in adiutoriũ meum intende.
℟. Domine ad adiuvandũ me festina.

Gloria Patri, &c. Alleluja.

Hymnus.

JEsv, flos Matris Virginis,
Amor noſtræ dulcedinis,
Tibi laus, honor numinis,
Regnum beatitudinis.
Veni, veni, Rex optime,
Pater immenſæ gloriæ,
Affulge menti clatiûs,
Iam expectatus ſæpius.
Iesv ſole ſerenior,
Et balſamo ſuavior,
Omni dulcore dulcior,
Præ cunctis amabilior.
Cujus guſtus ſic afficit,
Cuius odor ſic reficit,
In quo mens mea deficit,
Solus amanti ſufficit.
Tu mentis delectatio,
Amoris conſummatio
Tu mea gloriatio,
Iesv mundi ſalvatio.
Dilecte mi revertere,
Conſors paternæ dexteræ,

Hoſtem

Hostem vicisti prosperè,
Iam cæli regno fruere.
Sequar te, quòquô jeris,
Mihi tolli non poteris,
Cùm meum cor abstuleris,
IESV, laus nostri generis.

℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc & usque in sæculum.

Antiph. Fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen ejus.

℣. Domine exaudi orationē meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

SAncti nominis tui, Domine, timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum: quia nunquam tuâ gubernatione destituis, quos in soliditate tuæ dilectionis instituis. Per Dominum nostrum.

AD COMPLETORIVM.

IN nomine IESV omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum.

℣. Deus in adiutorium meũ intende.
℟. Domine ad adiuvandũ me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

Hymnus.

Cæli cives occurrite,
Portas vestras attollite:
Triumphatori dicite;
Ave Iesv Rex inclyte
Rex virtutum, Rex gloriæ,
Rex insignis victoriæ:
Iesv largitor veniæ,
Honor cælestis patriæ.
Tu fons misericordiæ,
Tu veræ lumen patriæ,
Pelle nubem tristitiæ,
Dans nobis lucem gloriæ.
Te cæli chorus prædicat,
Et tuas laudes replicat,
Iesvs orbem lætificat,
Et nos Deo pacificat.
Iesvs in pace imperat,
Quæ omnem sensum superat,
Hanc mea mens desiderat,
Et eâ frui properat.

Iesvs

IESVS ad Patrem redijt,
Cæleſte regnum ſubijt:
Cor meum à me tranſijt,
Poſt IESVM ſimul abijt.
Quem proſequamur laudibus,
Vocis, hymnis, & precibus:
Ut nos donet cæleſtibus
Secum perfrui ſedibus. Amen.

℣. Sit nomen Domini benedictum:
℟. Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

Antiph. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini IESV Chriſti facite, gratias agentes DEO & Patri per ipsũ.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

SAncti nominis tui Domine, timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum: quia nunquam tuâ gubernatione deſtituis, quos in ſoliditate tuæ dilectionis inſtituis. Per Dominum noſtrum &c.

Commendatio.

SAlve IESV, IESV pie,
Fili DEI, & Mariæ;
Quem de Patre ſine matre,
Et de Matre ſine Patre
Natum credo firmiter.
Sana me, & ſanus ero;
Et ſanabis hîc, ut ſpero.
Sic in cælo te videre,
Cum beatis poſsidere
Gaudeam perenniter. Amen.

Oratio S. Bernardini.

O Bone IESU! ô dulcis IESU!
ô IESU Fili Mariæ Virginis,
plene miſericordiâ & veritate! O dulcis IESU, miſerere mei ſecundum magnam miſericordiam tuam. O benigne IESU, te deprecor per illum ſanguinem tuum pretioſum, quem pro nobis miſeris peccatoribus effundere dignatus es in ara crucis, ut abijcias omnes iniquitates meas, & ne me deſpicias humiliter te petentem, & hoc nomen tuum ſanctiſsi-

mum

mum IESUS invocántem. Hoc nomen IESUS, nomen dulce est: hoc nomen IESUS, nomen salutare est Quid enim est IESUS, nisi Salvator? O bone IESU, qui me creasti & redemisti tuo proprio sanguine, ne permittas me damnari, quem ex nihilo creasti. O bone IESU, ne perdat me iniquitas mea, quem fecit omniporens bonitas tua. O bone IESU, recognosce, quod tuum est in me & absterge, quod alienum est à me. O bone IESU, miserere mei, dum tempus est miserendi, ne perdas me in tempore tremendi judicij tui. O bone IESU; si merui miser peccator de vera tua justitia pœnam æternam pro peccatis meis gravissimis, adhuc appello confisus de tua justitia vera ad tuam misericordiam ineffabilem. Utique misereberis mei, ut pius Pater & misericors Dominus, ô bone IESU, libera me. O pijssime IESU, propitius esto mihi peccatori,

ri. O IESU, admitte me miſerum peccatorem in numerum electorum tuorum. O IESU, ſalus in te ſperantium. O IESU, ſpes in te credentium, miſerere mei. O IESU, dulcis remiſsio omnium peccatorum meorum. O IESU, fili virginis Mariæ infunde in me gratiã, ſapientiam, charitatem, caſtitatem, & humilitatem, ac etiam in omnibus adverſitatibus meis patientiam ſanctam, ut poſsim te perfectè diligere & in te, gloriari, ac delectari in ſæcula ſæculorum Amẽ.

ROSARIVM DE SS. NOMINE IESV.

AD Salutationis Angelicæ iſta verba. Benedictus fructus ventris tui IESVS: *adde ſeu voce, ſeu mente:*

In Decade I. Cujus nomen vocatum eſt ab Angelo, priuſquam in utero conciperetur. *Luc. 2. v 21.*

In Decade II. Cui DEVS donavit nomen, quod eſt ſuper omne nomen. *Philippenſ. 2. v. 9.*

In Decade III. In cuius nomine flectatur omne genu cæleſtiū. *Ibid. v. 10.*

In Decade IV. In cuius nomine flectatur omne genu terreſtrium. *Philippenſ. 2. v. 10.*

In Decade V. In cuius nomine flectatur omne genu infernorum. *Ibid. eod, verſ.*

In Decade VI. In cuius ſolius nomine nos oportet ſalvos fieri. *Actor. 4. v. 12.*

EADEM DIE DOMINICA.

OFFICIVM PARVVM.

DE SPIRITV SANCTO.

AD MATVTINVM.

℣. Spiritus ſancti gratia illumi-
net ſenſus & corda noſtra.
℟. Amen.

℣. Domine labia mea aperies.
℟. Et os meum annunciabit laudem tuam.

℣. Deus in adiutorium meū intende.
℟. Domine ad adiuvandū meſeſtina.

Gloria Patri, & Filio &c. Alleluja.

A Septuagesima usq; ad Paschadicitur:

Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

Nobis sancti Spiritus gratia sit data,
De qua Virgo virginum fuit obumbrata,
Cùm per sanctũ Angelũ fuit salutata,
Verbum caro factum est, Virgo fœcundata.

Antiph. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

℣. Emitte Spiritum tuũ, & creabuntur,
℟. Et renovabis faciem terræ.

Oremus.

ADsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus sancti, quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tutatur adversis. Per Dominum. in unitate ejusdem.

AD PRIMAM.

℣. SPpiritus sancti gratia illuminet sensus & corda nostra. ℟. Amen

℣. Deus

℣. Deus in adjutorium meũ intende.
℟. Domine ad adiuvandũ me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

Hymnus.

DE Maria virgine Christ⁹ fuit nat⁹, Crucifixus, mortuus, atque tumulatus:
Resurgens discipulis fuit demõstrat⁹, Et ipsis cernentibus in cælos elevatus.

Antiph. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabunt.
℟. Et renovabis faciem terræ.

Oremus.

ADsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus sancti, quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adversis. Per Dominum. in unitate eiusdem.

AD TERTIAM.

℣. SPiritus sancti gratia illuminet sensus & corda nostra. ℟. Amẽ.
℣. Deus in adjutorium meum intende.
℟. Do-

℟. Domine ad adiuvandū me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

Hymnus.

SUum sanctum Spiritum DEVS delegavit : (tavit:
In die Pentecostes Apostolos confor-
Et de linguis igneis ipsos inflam̃avit,
Orphanos relinquere eos, denegavit.

Antiph. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

℣. Emitte Spiritum tuū, & creabuntur,
℟. Et renovabis faciem terræ.

Oremus.

ADsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus sancti, quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adversis. Per Dominum. in unitate ejusdem.

AD SEXTAM.

℣. SPiritus sancti gratia illuminet sensus & corda nostra. ℟. Amē.
℣. DEVS in adiutorium meū intende.
℟. Domine ad adjuvāudū me festina.

Glo-

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

Hymnus.

SEptiformem gratiam tunc acceptaverunt,
Quare idiomata cuncta cognoverunt,
Ad diversa climata mundi recesserũt,
Et fidē Catholicā tunc prædicaverunt.

Antiph. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur. ℟. Et renovabis faciem terræ.

Oremus.

ADsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus sancti, quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adversis. Per Dominum. in unitate ejusdem.

AD NONAM.

℣. SPiritus sancti gratia illuminet sensus & corda nostra. ℟. Amen.

℣. Deus in adjutorium meũ intende.

℟. Domine ad adjuvandũ me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

Hymnus.

Hymnus.

SPiritus Paraclitus fuit appellatus,
DonūDei,charitas,fons vivificat',
Spiritalis unctio, ignis inflammatus,
Septiformisgratia,charisma vocatus,

Antiph. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabun-
℟. Et renovabis faciem terræ. (tur.

Oremus.

ADsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus sancti, quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adversis. Per Dominum. in unitate ejusdem.

AD VESPERAS.

℣. SPiritus sancti gratia illuminet sensus & corda nostra. ℟. Amē.

℣. DEus in adiutorium meū intende.
℟. Domine ad adiuvandū me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

Hymnus.

DExtræ DEI digitus, virtus spiritalis

Nos

Nos defẽdat, eruat ab omnib⁹ malis: ut nobis nõ noceat dæmõ infernalis. Protegat, & nutriat, foveátq; ſub alis.

Antiph. Veni ſancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

℣. Emitte Spiritũ tuũ, & creabuntur, ℟. Et renovabis faciem terræ.

Oremus.

ADſit nobis, quæſumus Domine, virtus Spiritus ſancti, quæ & corda noſtra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adverſis. Per Dominum, in unitate ejusdem.

AD COMPLETORIUM.

℣. SPiritus ſancti gratia illuminet ſenſus & corda noſtra. ℟. Amen.

℣. Cõverte nos Deus ſalutaris noſter, ℟. Et averte iram tuam à nobis.

℣. Deus in adjutorium meũ intende. ℟. Domine ad adjuvandũ me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

Hymnus.

SPiritus Paraclitus nos velit juvare,

Greſſus

Gressus nostros regere, & illuminare:
Ut, cũ DEVS venerit omnes judicãre,
Nos velit ad dexterã suã appellare.

Antiph. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

℣. Emitte Spiritũ tuũ, & creabuntur,
℟. Et renovabis faciem terræ.

Oremus.

ADsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus sancti, quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adversis. Per Dominum, in unitate ejusdem.

Commendatio.

HAs Horas canonicas cum devotione,
Tibi, sancte Spiritus, piâ ratione
Dixi, ut nos visites inspiratione,
Et vivamus jugiter in cæli regione,
Amen.

SEQUENTIA DE SPIRITV SANCTO.

Veni

VEni ſancte Spiritus, & emitte cælitùs lucis tuæ radium.

Veni pater pauperum, veni dator munerum, veni lumen cordium.

Conſolator optime, dulcis hoſpes animæ, dulce refrigerium.

In labore requies, in æſtu temperies, in fletu ſolatium.

O lux beatiſsima, reple cordis intima tuorum fidelium.

Sine tuo numine, nihil eſt in homine, nihil eſt innoxium.

Lava quod eſt ſordidum, riga quod eſt aridum, ſana quod eſt ſauciũ.

Flecte quod eſt rigidum, fove quod eſt frigidum, rege quod eſt deviũ.

Da tuis fidelibus, in te confidentibus, ſacrum ſeptenarium.

Da virtutis meritum, da ſalutis exitum da perenne gaudium. Amen.

℣. Spiritus Domini replevit orbem terrarum.

℟. Et hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis.

Ore.

Oremus.

URe igne ſancti Spiritûs renes noſtros, & cor noſtrum, Domine: ut tibi caſto corpore ſerviamus, & mundo corde placeamus.

Adſit nobis, quæſumus Domine, virtus Spiritûs ſancti, quæ & corda noſtra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adverſis.

Mentes noſtras, quæſumus Domine, Paraclitus, qui à te procedit, illuminet: & inducat in omnem, ſicut ejus promiſit Filius, veritatem. Qui tecum vivit, & regnat in unitate ejusdem Spiritûs ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

EXERCITIUM SPIRITUALE.

Ab omni fideli Chriſtiano ad minimum ſemel de die attentè dicendum.

Juxta tenorem Exemplaris Romæ, Anno M. DC. LXII. editi.

Adoro

ADoro Te Sanctiſsima TRINITAS, Pater; & Filius, & Spiritus ſanctus; tres Perſonæ, unus & ſolus DEVS.

Dejcio me in abyſſo mei nihili, ſub conſpectu Divinæ Majeſtatis Tuæ.

Credo firmiſsimè, paratus mille vitas profundere, in conteſtationem omnium eorum, quæ nobis in ſacra Scriptura revelâſti, & per Eccleſiam tuam credenda propoſuiſti.

Omnem ſpem meam in te collo-co, & quidquid poſſum habere boni, ſive ſpiritualis, ſive corporalis, & in hac, & in altera vita, id totum deſi-dero, & volo ſolùm conſequi de Tua manu DEVS meus, Vita mea, & unica Spes mea.

Conſigno Tibi hodie, & in perpe-tuum, corpus & animam meam, o-mnes potentias meas, memoriam, intellectum, voluntatem, & omnes ſenſus meos.

Proteſtor me non conſentire, ne-que conſenſurum unquã, quantum

in

in me eſt, in ullam rem quæ fiat vel cum minima offenſa Tuæ Divinæ Maieſtatis.

Propono firmiſsimè, impendere omne eſſe meum, faculrates ac vires meas, ad ſervitiam & gloriam Tuam.

Paratus ſum ſuſcipere, quaſcunq; adverſitates mihi Paterna Tua manus immiſerit, ad dandum guſtum beatiſsimo Cordi Tuo.

Vellem me totum, quantus quantus ſum, impendere, & procurare, ut ab omnibus Tibi ſerviatur; atque omnes homines Te glorificent, & ament DEVM Creatorem ſuum.

Gaudeo ſumme de Tua æterna felicitate, & exulto de Tua tam magna gloria, in cælo & in terra.

Gratias tibi ago infinitas, pro innumeris beneficijs, quæ mihi & toti mundo collata ſunt, & in diés inceſſanter à benigniſsima Tua providentia conferuntur.

Amo Tuam infinitam Bonitatem

pro-

propter ſeipſam, ex toto affectu cordis & animæ meæ; & vellem ſi poſſem, amare eo amore, quo Te amant Angeli & homines juſti, cum quorum amore conjungo imperfectiſſimum amorem meum.

Offero Divinæ Maieſtati Tuæ, in unione meritorum paſsionis, vitæ & mortis Chriſti, Beatiſsimæ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum, ex nunc, pro ſemper, omnia opera mea. pretioſiſsimo Sanguine IESV Redemptoris noſtri lota, & involuta.

Statuo omnino, participem me facere, quantum poſsibile eſt, Indulgentiarum per actiones huius diei, & illas applicare per modum ſuffragij pro animabus Purgatorij.

Volo etiam omne illud, quod poſſum offerre in pœnitentiam & ſatisfactionem meorum peccatorum.

DEVS meus, cùm Tu ſis infinitè dignus omni amore & ſervitio, ſiquidem Tu es, qui es, doleo, quantum

poſſum

poſſum maximè, de omnibus meis peccatis, illáque deteſtor, ſupra omnia alia mala: peto humillimè veniam, facióque firmiſsimum propoſitum, nunquàm offendendi Tuam Bonitatem in æternum.

In Tua vulnera me proijcio, ô Iesv! ibi me abſconde & defende, hodie & ſemper, donec mihi largiaris gratiam videndi Tui, & amandi in æternum. Amen.

IESVS, MARIA, IOSEPH. Vobis dono meum Cor, & Animam meam.

FERIA II.

OFFICIVM PARVUM PRO FIDELIBVS DEFUNCTIS.

AD MATVTINVM.

Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.

℣. Requiem æternã donaeis Domine,
℟. Et lux perpetua luceat eis.

Hymnus.

Dies iræ, dies illa,
Solvet sæclum in favilla:
Teste David cum Sybilla.
Quantus tremor est futurus,
Quando Iudex est venturus,
Cuncta strictè discussurus?
℣. Audivi vocẽ de cælo, dicentẽ mihi.
℟. Beati mortui qui in Domino moriuntur.

Ant. De temporibus & momentis, fratres, nõ indigetis, ut scribamus vobis, ipsi enim diligentes sciris, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet.

℣. Domine exaudiorationem meam:
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

FIdelium, DEVS, omnium conditor & redemptor, animabus famulorum Famularúmque tuarum, remiſsionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, pijs ſuppl cationibus conſequantur. Qui vivis & regnas cùm DEO Patre in unitate Spiritus ſancti DEVS, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Fidelium animæ per miſericordiã DEI requieſcant in pace. Amen.

AD PRIMAM.

SAncta & ſalubris eſt cogitatio pro Defunctis exorare, ut à peccatis ſolvantur.

℣. Requiem æternã donaeis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.

Hymnus.

TUba mirum ſpargens ſonum
Per ſepulchra regionum
Coget omnes ante thronum.

Mors ſtupebit, & natura,
Cum reſurget creatura
Iudicanti reſponſura.

℣. Audivi vocē de cælo, dicentē mihi.
℟. Beati mortui qui in Domino moriuntur.

Antiph. Ipſe Dominus in juſſu, & in voce Archangeli, & in tuba DEI deſcendet de cælo: & mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi.

℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

FIdelium, DEVS omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorū, ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, pijs ſupplicationibus conſequantur. Qui vivis & regnas cū Deo Patre in unitate Spiritûs ſancti DEVS per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Fidelium animæ per miſericordiā Dei requieſcant in pace.

Amen.

AD TERTIAM.

SAncta & salubris est cogitatio pro Defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.

℣. Requiem æternã dona eis Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.

Hymnus.

Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Unde mundus judicetur.
Judex ergo cùm sedebit,
Quidquid latet, apparebit:
Nil inultum remanebit.
Quid sum miser tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus?
Cùm vix justus sit securus.

℣. Audivi vocẽ de cælo, dicentẽ mihi.

℟. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Ant. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo, in die judicij.

℣. Domine exaudi orationem meã,

℟. Et

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

FIdelium, Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorū, ut indulgentiam, quam semper optaverunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas cū Deo Patre in unitate Spiritûs sancti Deus per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Fidelium animæ per misericordiā Dei requiescant in pace.

AD SEXTAM.

SAncta & salubris est cogitatio pro Defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.

℣. Requiem æternā dona eis Domine

℟. Et lux perpetua luceat eis.

Hymnus.

REx tremendæ Majestatis,
Qui salvandos salvas gratis,
Salva me fons pietatis.

Recordare IESV pie,
Quod sum causa tuæ viæ,
Ne me perdas illâ die.
Quærens me sedisti lassus:
Redemisti, crucem passus,
Tantus labor non sit cassus.
℣. Audivi vocẽ de cælo, dicentẽ mihi.
℟. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Ant Ego sum resurrectio, & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: & omnis qui vivit & credit in me, non morietur in æternum.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

FIdelium DEVS, omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus

ritus sancti DEVS, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Fidelium animæ per misericordiã DEI requiescant in pace. Amen.

AD NONAM.

SAncta & salubris est cogitatio pro Defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.

℣. Requiẽ æternã dona eis Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.

Hymnus.

Iuste Iudex ultionis,
Donum fac remissionis
Ante diem rationis.
Ingemisco tamquam reus:
Culpâ rubet vultus meus:
Supplicanti parce DEVS.
Qui Mariam absolvisti,
Et latronem exaudisti,
Mihi quoque spem dedisti.

℣. Audivi vocem de cælo, dicentem mihi,

℟. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Antiph. Hæc est voluntas Patris mei, qui misit me, ut omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Et ego resuscitabo eum in novissimo die.

℣. Domine exaudi orationem meam

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

FIdelium, DEVS, omnium conditor & redemptor, animabus famulorum Famularúmque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas cùm DEO Patre in unitate Spiritus sancti DEVS, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Fidelium animæ per misericordiã DEI requiescant in pace. Amen.

AD VESPERAS.

SAncta & salubris est cogitatio pro Defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.

℣. Re-

℣. Requiem æternã dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.

Hymnus.

PRæces meæ non ſunt dignæ:
Sed tu bonus fac benignè,
Ne perenni cremer igne,
Inter oves locum præſta.
Et ab hœdis me ſequeſtra,
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis,
Voca me cum benedictis.

℣. Audivi vocẽ de cælo dicentẽ mihi.
℟. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Antiph. Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, non eijciam foras.

℣. Domine exaudi orationem meã.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

FIdelium, Deus, omnium conditor & redemptor, animabus famalorum famularúmq; tuarum, remiſsio-

missionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam semper optaverunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas cum DEO Patre in unitate Spiritus sancti DEVS, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Fidelium animæ per misericordiã DEI requiescant in pace. Amen.

AD COMPLETORIVM.

SAncta & salubris est cogitatio pro Defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.

℣. Requiemæternã dona eis Domine,
℟. Et lux perpetua luceat eis.

Hymnus.

ORo supplex & acclinis,
Cor contritum quasi cinis,
Gere curam mei finis.
Lacrymosa dies illa,
Qua resurget ex favilla
Iudicandus homo reus.
Huic ergo parce DEVS,
Pie IESU Domine.

Dona eis requiem. Amen.

℣. Audivi vocẽ de cælo dicentẽ mihi.

℟. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Antiph. Omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei. Et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem judicij.

℣. Domine exaudi orationem meã.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

FIdelium, DEVS, omnium conditor & redemptor; animabus famalorum famularúmq; tuarum, remissionẽ cunctorũ tribue peccatorũ: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas cum DEO Patre in unitate Spiritûs sancti DEVS, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Fidelium animæ per misericordiã DEI requiescant in pace. Amen.

Commendatio.

O Ma-

O Magne Pater, Domine
Misericordiarum,
Iesv redemptis Sanguine,
Sis immemor irarum.
Indulge, Te amantibus,
Tuam benignitatem:
Pœnásque deprecantibus
Concede libertatem. Amen.

ORATIONES DIVERSÆ PRO DEFUNCTIS.

In die obitus, seu depositionis defuncti, vel defunctæ.

DEVS, cui proprium est misereri semper & parcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui N. (*vel* famulæ tuæ N.) quam hodie de hoc sæculo migrare jussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem: sed jubeas eam à sanctis Angelis suscipi, & ad patriã paradisi perduci: ut quia in te speravit, & credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per Dominũ nostrum &c. Alia

Alia Oratio.

ABsolve, quæsumus Domine, animam famuli N. (*vel* famulæ tuæ N.) ut defunctus (*vel* defuncta) sæculo tibi vivat: & quæ per fragilitatem carnis humanâ conversatione commisit, tu veniâ misericordissimæ pietatis absterge. Per Dominum nostrum &c.

PRO DEFUNCTO EPISCOPO VEL SACERDOTE. *Oratio.*

DEvs, qui inter Apostolicos Sacerdotes famulum tuum N. Pontificali, (*vel* Sacerdotali) fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, ut eorũ quoq; perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum &c.

PRO PATRE DEFVNCTO.

Oratio.

DEvs, qui nos Patrem & matrẽ honorare præcepisti: miserere clementer animæ patris mei, eiusq; peccata dimitte: méque eum in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum &c.

Pro matre defuncta dicitur eadem Oratio, sed ubi dicitur, Patris mei, *dicitur*, Matris meæ, *& loco* (meque eum) meque eam

PRO PATRE ET MATRE

Oratio.

DEvs, qui nos Patrem & matrem honorare præcepisti: miserere clementer animabus patris & matris meæ, eorumque peccata dimitte: meque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum nostrum.

PRO DEFVNCTIS FRATRIBVS propinquis, & benefactoribus.

Oratio.

DEvs veniæ largitor, & humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam, ut nostræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beatâ Mariâ semper virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortiū pervenire concedas. Per Dominum &c.

PRO

PRO VNO DEFVNCTO.

Oratio.

INclina, Domine, aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericordiam tuam ſupplices deprecamur: ut animam famuli tui, qnam de hoc ſæculo migrare juſsiſti, in pacis ac lucis regione conſtituas, & Sanctorum tuorum jubeas eſſe conſortem. Per Dominum noſtrum.

PRO VNA DEFVNCTA.

Oratio.

QUæſumus, Domine, pro tua pietate miſerere animæ famulæ tuæ: & à contagijs mortalitatis exutam, in æternæ ſalvationis partem reſtitue. PerDominum noſtrum &c.

IN ANNIVERSARIO

Defunctorum.

DEvs, indulgentiarum Domine: da animabus famulorum famularumque tuarum, quorum anniverſarium depoſitionis diem cõmemoramus, refrigerij ſedem, quietis

beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dominum noſtrum.

Si pro uno tantùm fiat anniverſarium, prædicta Oratio dicitur in ſingulari numero.

SVBSIDIVM DEFVNCTORVM.

Poteſt offerri ſacrificiũ Miſſæ, vel Communio, vel quodlibet opus bonum, pro quinque generibus animarum, quæ vicißim pro nobis intercedent.

I. Pro anima maximè deſerta.

Motivum. Iſti ſic deſtitutæ magna exhibetur charitas. Vices rependet.

II. Pro anima proxima liberationi.

Motivũ. Hæc, quò vicinior eſt egreſſui, tantò magis anhelat ad gloriam; quia tamen ſupereſt diei vel horæ morula, illa omnis à te tollitur. O quàm erit grata!

III. Pro anima diutiſsimè cruciandа.

Motivũ. Cùm hæc videat ſe in tertot milliones proſtremã, per te uno quaſi ſaltu omnes ceteras antevertere, quã illi hoc gratum, tam tibi erit grata.

IV. Pro

IV. Pro anima meritis præcellente. *Motivum.* Major illa est meritis, igitur erit & gloriâ; ideóque preces eius pro te erunt efficaciores.

V. Pro anima, quæ Deiparæ charior. *Motivum.* Quia gratia, quam illi præstas, redundat in Deiparam, quam sic unicè demereris.

PRAXIS EXORANDI.

Cùm sacrificium, vel aliud opus bonum pro suprà dictis animabus offerendũ, præmittatur una ex sequentibus orationibus.

Oratio I.

O Domine IESV, rogo te per pretiosissimum sanguinem, quem sudans in horto effudisti; libera animas fidelium defunctorum è pœnis purgatorij: maximè verò animam desertissimam, & perduc eam ad locum gloriæ tuæ, ut te laudet, benedicat, & prædicet in æternum. Amen.

Pater noster. Ave Maria.

beatitudinem
Per Dominu
Si pro uno tan
prædicta O
numero.
SVB SIDIV
Potest offerri
munio, vel
quinque
vicißim p
I. Pro a
Motivum. I
hibetur ch
II. Pro a
Motivũ. H
sui, tantò
quia tan
morula
quàm c
III. Pro
Motivũ.
million
saltu on
illi hoc

Oratio II.

O Domine IESV, rogo te per pretiosissimum sanguinem, quem effudisti in flagellatione dirissimâ, libera animas fidelium defunctorum à pœnis purgatorij: maximè verò animam liberationi proximã, & perduc eam ad locum gloriæ tuæ, ut te laudet, benedicat, & prædicet in æternum. Amen. *Pater noster. Ave Maria.*

Oratio III.

O Domine IESU, rogo te per pretiosissimum sanguinem, quem effudisti in spineâ coronatione tuâ, libera animas fidelium defunctorum à pœnis purgatorij: maximè verò animam diutissimè cruciandã, & perduc eam ad locum gloriæ tuæ, ut te laudet, benedicat, & prædicet in æternum. Amen. *Pater noster. Ave Maria*

Oratio IV.

O Domine IESV, rogo te per pretiosissimum sanguinem, quem effudisti in dirâ crucifixione tua, libe-

ra

nas fidelium defunctorum, è purgatorij: maximè verò animeritis præcellentem, & perduc d locũ gloriæ tuæ, ut te laudet, icat, & prædicet in æternum. 1. *Pater noster. Ave Maria.*

Oratio. V.

Domine IESV, rogo te per pretiosissimum sanguinem, quem disti è latere tuo benedicto, libera nas fideliu.. defunctorum è pœpurgatorij: maximè verò animã ri tuæ chariorem, & perduc eam locum gloriæ tuæ, ut te laudet, nedicat, & prædicet in æternum. men. *Pater noster. Ave Maria.*

ora, *Intentionem præcipuè dirigendã ad eos, quibus obstrictior es, si eorum animæ harum generibus comprehensæ sint.*

COROLLA SIVE ROSARIVM *pro Fidelibus defunctis.*

I. *Signo sanctissimæ crucis efforma-*
o, dicatur Symbolũ Apostolorum, *in*

Oratio II.

O Domine IESV, rogo te per pretioſiſsimum ſanguinem, quem effudiſti in flagellatione diriſsima, libera animas fidelium defunctorum è pœnis purgatorij: maximè verò animam liberationi proximã, & perduc eam ad locum gloriæ tuæ, ut te laudet, benedicat, & prædicet in æternum. Amen. *Pater noſter. Ave Maria.*

Oratio III.

O Domine IESU, rogo te per pretioſiſsimum ſanguinem, quem effudiſti in ſpineâ coronatione tuâ, libera animas fidelium defunctorum è pœnis purgatorij: maximè verò animam diutiſsimè cruciandã, & perduc eam ad locum gloriæ tuæ, ut te laudet, benedicat, & prædicet in æternum. Amen. *Pater noſter. Ave Maria.*

Oratio IV.

O Domine IESV, rogo te per pretioſiſsimum ſanguinem, quem effudiſti in dira crucifixione tua, libe-

animas fidelium defunctorum, è pœnis purgatorij: maximè verò animam meritis præcellentem, & perduc eam ad locũ gloriæ tuæ, ut te laudet, benedicat, & prædicet in æternum. Amen. *Pater noster. Ave Maria.*

Oratio. V.

O Domine IESV, rogo te per pretiosissimum sanguinem, quem effudisti è latere tuo benedicto, libera animas fideliu.. defunctorum è pœnis purgatorij: maximè verò animã Matri tuæ chariorem, & perduc eam ad locum gloriæ tuæ, ut te laudet, benedicat, & prædicet in æternum. Amen. *Pater noster. Ave Maria.*

Nota. *Intentionem præcipuè dirigendã ad eos, quibus obstrictior es, si eorum animæ harum generibus comprehensæ sint.*

COROLLA SIVE ROSARIVM *pro Fidelibus defunctis.*

I. *Signo sanctissimæ crucis efformato, dicatur* Symbolũ Apostolorum, *in*

quo apertè profitemur Reſurrectionem mortuorum. Vitámque æternam.

II. *Ad globulos minores dicitur*, Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. Requieſcant in pace. Amen.

Si pro una perſona, dicitur: Ei, & Requieſcat.

III. *Ad globulos majores, loco Orationis Dominicæ, dicitur Pſal.* 129. De profundis. *Oratio.*

PRO ANIMARVM SALVTE devotè dicenda.

MIſerere, mi Domine, animabus, quæ ſingulares apud te non habent interceſſores, quibus conſolatio non eſt intormentis, neque ſpes ulla, niſi quòd ad imaginem & ſimilitudinem tuam creatæ ſunt, quæ antiquitate, vel paupertate, aut negligentiâ in oblivionē ſervorum tuorum traditæ ſunt : quarum primus, ſeptimus, triceſimus, aut anniverſarius dies nunquam celebratur. Parce eis

Do-

Domine, & defende plaſma tuum, libera eas cruciatu & tormentis: porrige eis dexteram tuam, & perduc eas in locum refrigerij, lucis & pacis. Per eum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

ORATIO PRO HIS, QVI *in cæmeterio requieſcunt.*

DEVS, cuius miſeratione animæ fidelium requieſcunt: famulis & famulabus tuis, & omnibus hîc & ubique in Chriſto quieſcentibus, da propitius veniam peccatorum: ut à cunctis reatibus abſoluti, tecum ſine fine lætentur. Per eundem Dominum noſtrum IESVM Chriſtum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti DEVS, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

FERIA III.

OFFICIVM PARVUM S. ANGELI CVSTODIS

Oratio Præparatoria ante officium dicenda.

DEvs, cujus providentia humano generi ſupernorum ſpirituum præſidium ſubminiſtrat, concede, ut Angelum meæ cuſtodiæ deputatum ita valeam his precibus venerari, ut ejus protectione merear ubique defendi. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

AD MATVTINVM. ILLVMINAT.

SAncte Angele DEI, qui cuſtos es mei, ora pro me.

℣. Domine labia mea aperies.

℟. Et os meū annunciabit laudē tuā.

℣. DEvs in adjutoriū meum intende.

℟ Domine ad adiuvandū me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

A Septuageſima uſq; ad Paſcha dicitur:

Laus

Laus tibi Domine, rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

NOvo lucis exordio,
O Custos mi dulcissime,
Cæcam mentis caliginem
Tuo splendore discute:
Et me divina monita
Benignus semper edoce.

Antiph. Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem paravi: observa eum, & audi vocem ejus.

℣. In conspectu Angelorum psallam tibi DEVS meus.

℟. Adorabo ad templũ sanctum tuũ, & confitebor nomini tuo Domine.

Oremus.

DEVS, qui ineffabili providentiâ sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris: largire supplicibus tuis, & eorũ semper protectione defendi, & æternâ societate gaudere. Per Dominum nostrum IESVM Christum &c.

AD

AD PRIMAM.

OFFERT.

SAncte Angele DEI, qui custos es mei, ora pro me.

℣. DEVS in adjutorium meū intende.

℟. Domine ad adiuvandū me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

Hymnus.

MEas preces & lachrymas,
Fidus è cælo nuncius
Quamvis indignas excipe,
Et summo Patri tradito:
Culpisque meis debitas
Suppiex pœnas avertito.

Antiph. Data sunt ei incensa multa, ut adoleret ea ante altare aureum, & ascendit fumus aromatum de manu Angeli in conspectu Domini.

℣. In conspectu Angelorum psallam tibi DEVS meus.

℟. Adorabo ad templū sanctum tuū, & confitebor nomini tuo Domine.

Oremus.

DEVS, qui ineffabili providentiâ sanctos

sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris : largire supplicibus tuis , & eorum semper protectione defendi, & æternâ societate gaudere. Per Dominum nostrum IESVM Christum &c.

AD TERTIAM.

SOLATVR.

SAncte Angele DEI, qui custos es mei, ora pro me.

℣. DEVS in adjutorium meũ intende.

℟. Domine ad adiuvandũ me festina.

Gloria Patri,& Filio,&c. Alleluja,

Hymnus.

AFflictum, clementissime,
Favore tuo recrea:
Ad virtutis officia,
Semisopitum excita:
Cùm sancto mens in opere
Nutârit, promptus adjuva.

Antiph. Reversus est Angelus, qui loquebatur in me, & suscitavit me quasi virum, qui suscitatur de somno suo.

℣. In

℣. In conſpectu Angelorum pſallam tibi DEVS meus.

℟. Adorabo ad templũ ſanctum tuũ, & confitebor nomini tuo Domine.

Oremus.

DEVS, qui ineffabili providentiâ ſanctos Angelos tuos ad noſtram cuſtodiam mittere dignaris: largire ſupplicibus tuis, & eorum ſemper protectione defendi, & æternâ ſocietate gaudere. Per Dominum &c.

AD TERTIAM.

INVITAT.

SAncte Angele DEI, qui cuſtos es mei, ora pro me.

℣. DEVS in adjutorium meũ intende.

℟. Domine ad adiuvandũ me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

Hymnus.

DIſſolve mentis glaciem,
Frange cordis duritiem:
Peccati oppreſſum onere
Præſenti manu ſubleva:
A cæli errantem ſemita,
Ad cæli viam revoca.

Antiph Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis: in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

℣. In conspectu Angelorum psallam tibi, DEVS meus.

℟. Adorabo ad templum sanctũ tuũ, & confitebor nomini tuo Domine.

Oremus

DEVS, qui ineffabili providentiâ sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris: largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & æternâ societate gaudere. Per Dominum.

AD NONAM.

ARCET.

SAncte Angele DEI, qui custos es mei, ora pro me.

℣. DEVS in adiutorium meũ intende.

℟. Domine ad adiuvandũ me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

Hymnus

INvictâ tuâ dextrerâ
Contunde vires dæmonis, Cas-sllæ

Carnis retunde fomitem,
Mundi frange ſuperbiam,
Ut tuo ſub præſidio
Victor ab hoſte redeam.

Antiph. Benedictus DEVS meus; qui miſit Angelum ſuum, & conclu-ſit ora leonũ, & non nocuerunt mihi.

℣. In conſpectu Angelorum pſallam tibi, DEVS meus.

℟. Adorabo ad templum ſanctũ tuũ, & confitebor nomini tuo Domine.

Oremus.

DEVS, qui ineffabili providentiâ ſanctos Angelos tuos ad noſtram cuſtodiam mittere dignaris: largire ſupplicibus tuis, & eorum ſemper protectione defendi, & æternâ ſocie-tate gaudere. Per Dominum.

AD VESPERAS.

CASTIGAT.

SAncte Angele DEI, qui cuſtos es mei, ora pro me.

℣. DEVS in adiutorium meũ intende.

℟. Domine ad adiuvandũ me feſtina.

Glo-

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

Hymnus.

FLagello pigrum excita,
Et reluctantem increpa:
Vitæ labentis terminum
In mentem sæpe revoca:
In vitæ brevi spatio,
Solertiorem facito.

Antiph. Et nunc Domine, Dominator Cælorum, mitte Angelum sanctum tuum ante nos, in timore & tremore magnitudinis brachij tui.

℣. In conspectu Angelorum psallam tibi DEVS meus.

℟. Adorabo ad templũ sanctum tuũ, & confitebor nomini tuo Domine.

Oremus.

DEVS, qui ineffabili providentiâ sanctos Angelos tuos ad nostrã custodiam mittere dignaris: largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & æternâ societate gaudere. Per Dominum nostrum IESVM Christum, &c.

AD

AD COMPLETORIVM.

TVETVR.

SAncte Angele DEI, qui custos es mei, ota pro me.

℣. Cõverte nos Deus salutaris noster,

℟. Et averte iram tuam à nobis.

℣. DEVS in adiutorium meũ intende.

℟. Domine ad adiuvandũ me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja,

Hymnus.

IN pugna mortis ultima
Adsis mihi, fortissime:
Peracta demum fragili
Vita, Ductor amabilis,
Me protinus æthereis
Infer benigne sedibus.

Antiph. Vivit Dominus, quoniã custodivit me Angelus ejus, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc revertentem, & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari.

℣. In conspectu Angelorum psallam tibi DEVS meus.

℟. Ado-

℣. Adorabo ad templũ sanctum tuũ,
& confitebor nomini tuo Domine.

Oremus.

DEVS, qui ineffabili providentiâ sanctos Angelos tuos ad nostrã custodiam mittere dignaris: largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & æternâ societate gaudere. Per Dominum nostrum IESVM Christum, &c.

Commendatio.

HAs horas Angelicas cũ devotione Tibi, Christe, offerimus piâ ratione,
Ut custodis Angeli intercessione,
Sis nobis solatium mortis in agone, Amen.

SAncti Angeli custodes nostri, defendite nos in prælio, ut non pereamus in tremendo judicio. Amen.

Angele DEI, qui custos es mei, me tibi commissum pietate supernâ, illumina, rege, guberna. Amen.

Oratio ad Sanctum Angelum Custodem.

OBsecro te Angelice spiritus, cui ego indignus peccator ad providendum commissus sum, ut indesinenter protegas, defendas, mundes, munias me ab omni incursu diaboli, vigilantem, dormientem, ac ubicunque fuero. Repelle à me per virtutem sanctæ crucis omnem tentationẽ Satanæ, & quod mea non exigunt merita, tuis precibus obtine apud altissimùm judicem, ut nihil loci in me habeat. Cumque per abrupta vitiorum me deviasse videris, per semitas justitiæ ad salvatorem meum reducere me satagas. Et in quacunq; tribulatione vel angustia me esse perspexeris, auxilium DEI omnipotentis tuo obtentu & precamine mihi adesse sentiam. Precor te, mi custos, si fieri potest, notum mihi facias finem meum, diemque obitus mei. Et cum de corpore eductus fuero, nõ permit-

tas

tas meà maligno ſpiritu terreri, neq; infoveam deſperationis dædeuci. Non dimittas me Angelice ſpiritus, donec ad viſionẽ ipſius conditoris mei perducas me: ubi ſimul ego pro opere, & tu procuſtodia una cum beatiſsima Dei genitrice Maria, & omnibus ſanctis, Domino adjuvante, lætemur.

℣. Glorioſus apparuiſti in conſpectu Domini.

℟. Propterea decorẽ induit te Deus.

Oratio.

OMnipotens & miſericors DEvs, qui hominem ad imaginem tuã formaſti, & ei Angelum corporis & animæ cuſtodem tribuiſti, concede propitius, Angelo mihi deputato tantum honorem impendere, ut me uâ protectione vivificet, & defendat tab omni incurſione diaboli, vigilantem, dormientem, orantẽ, ac divinis officijs tibi ſervientem, omnibus horis ac momentis, nec non in hora deceſsionis meæ angelos malos à

depellat, bonoſque mihi aſſociet, & animam meam ad te (qui verè paradiſus es, feliciter perducat. Per Dominum noſtrum.

PVLCHERRIMÆ PROTESTATIONES quinque directæ ad S. Angelum Cuſtodem.

COMPOSITAE A S. CAROLO BORROMÆO pro præparatione ad felicem & ſanctam mortem obeundam quotidie dicenda.

PROTESTATIO I.

IN nomine ſanctiſsimæ TRINITATIS Patris, Filij, & Spiritûs Sancti. Ego infelix & miſer peccator, N. proteſtor, in præſentia tua, ô Angele DEI, aſsignate mihi à divina Majeſtate pro Ductore, cùm primùm natus ſum, velle & deſiderare me mori in ea ſola, vera, & Catholica fide, quam ſancta Romana & Apoſtolica tenet & profitetur Eccleſia, & in qua omnes ſancti,

quot-

quotquot fuerunt unquam uspiam, mortui sunt: nec desidero diutius vivere, quàm placeat DEO meo, cui omnem meam voluntatem integrè & ex toto subijcio.

PROTESTATIO II.

PRotestor etiam, ô Angele DEI, desiderare & velle me sub tua sancta custodia ac protectione, discedere ex hac vita, cum spe divinæ misericordiæ, sine ulla titubatione in fide, non obstante quacunque multitudine & gravitate peccatorum meorum: certò sciens, ac firmissimè credens, etiam unam solam guttam pretiosissimi sanguinis Domini nostri IESV Christi sufficientem futuram fuisse, non solùm ut me salvaret, sed universum etiam genus humanum, quin & mille mundos, si ita placitum fuisset Divinæ suæ Majestati.

PROTESTATIO III.

SImiliter protestor, ô Angele sancte,

ete, petere me ex intimo corde, participem fieri misericordiæ Redemptoris & Domini mei Iesu, remissionémque omnium peccatorum meorum consequi: sciens, quòd ipse eam nulli peccatori, quantumvis gravi & abominabili, neget, rite contrito & confesso, idque per & propter merita amarissimæ suæ passionis & mortis, & virtutem pretiosissimi sanguinis sui, pro me indignissimo in ligno crucis copiosè effusi; per merita demum sanctissimæ Matris suæ Virginisque Mariæ, & omnium Sanctorum, & Angelorum.

Protestatio IV.

ITerum protestor, sanctissime mi Custos, supplicare me divinæ pietati, ut dignetur me recipere in numerum eorum, quos ab æterno prædistinavit in suam gloriam: etiamsi oporteret me pati ob peccata mea in Purgatorio ad novissimum usque judicij diem, dummodo tandem per

ipsius infinitam misericordiam, consequar vitam æternam.

Protestatio Ultima.

SAnctissime & Vigilantissime Custos, protestor demum, constituere me te Procuratorem Testamenti, ultimæq; voluntatis animæ meæ, ad impetrandum mihi à Domino meo Iesv tres gratias. Prima est, ut mihi donet unum solum lacrymosum suspirium, ex infinitis illis, quæ habuit ipse, dum per tres horas vivus fuit in cruce; quorum efficaciâ & virtute mitigentur lacrymabiles illi singultus, cordisque pressuræ & angustiæ, quibus in hora mortis affligar. Et ut gloriosissimâ mater Dei Maria dignetur me vel unico etiam aspectu, ex ijs, quos ipsa sub cruce stans habuit, defigendo in unicum Filium suum virgineos oculos; suscipiendo me in eorum numerum, qui eius precibus & meritis in die judicij obtinebunt

ſalutem & vitam ſempiternam. Altera gratia eſt, ut tu, fidiſsime cuſtos meus in illa potiſsimùm hora mihi ſuccurras, quando anima mea ſeparabitur à corpore meo, ut inveniam benignum Iudicem, merito flagrantiſsimæ illius charitatis, quâ paternum ipſius pectus in cruce fuit inflammatum pro ſalute peccatorum. Ultima demum gratia eſt, ut tu idem piiſsime cuſtos meus, animam meam tibi habeas commendatam, eámque de ergaſtulo corporis egreſſam, dexteræ tuæ potentiâ Redemptori meo offeras, ut eum unà tecum, & Sanctis omnibus, in cæli gaudijs videam, perfectè amem, eóque æternaliter fruar, cui ſit laus, honor, & gloria in omnem æternitatem. Amen.

Commendatio ac Proteſtatio ad S Angelum Cuſtodem manè quotidie faciendæ.

Bea-

BEatissime mi Angele custos, ego quamvis tuâ sacrâ custodiâ indignissimus, impulsus tamen eximiâ charitate tua, & zelo illo, quem habes erga salutem animæ meæ; eligo te hodie in præsentia totius curiæ cælestis, pro singulari protectore & Advocato meo, firmissimèque propono, tibi ad mortem usque fideliter semper obedire. Obsecro te igitur per gloriam illam, quâ in cælo jam frueris, ut acceptes hoc propositum meum, & gratum habeas sincerum hunc affectum erga te meum: adsis mihi in omnibus actionibus meis, gratiámque impetres à tuo & meo Domino, ita me gerendi in omnibus cogitationibus, verbis, & operibus meis, ut purissimos oculos tuos nunquam offendam, neque divinam Majestatem ad justam contra me iram accendam. Adsis mihi semper, nec deseras me in hora mortis meæ. Amen.

Corolla, sive Rosarium S. Angeli Custodis, sic recitari.

potest.

AD *globulos maiores dicatur* Pater noster: *ad minores, hæc Oratio.*

Angele DEI, qui custos es mei, mie tibi commissum pietate supernâ, hodie & in horâ mortis meæ illumina, custodi, rege, & guberna. Amen.

In fine dicatur sequens Oratio.

℣. Angelo meo DEVS mandavit de me.

℟. Ut custodiat me in omnibus viis meis.

Oratio.

ANgele mi custos, tuæ me commendo tutelæ, cui me usque custodiendum divina bonitas commendavit: duc, quæso, cæcum; ignorantem instrue; imbecillum conforta; pupillum tuere; errantem reduc; pigrum impelle; dormientem excita; gradientem promove, & extremam illam difficilemque luctam

quæ cum dæmonibus & morte ipsa futura est, mihi felicem esse procura; ut in vestrum consortium migrans anima mea, cum vicerit, lætè decantet; *Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.* Amen.

ROSARIUM B. V. MARIÆ *Angelorum Reginæ.*

In prima Decade. Ave Maria, Regina Angelorum, & Archangelorum, gratiâ plena, &c.

In secunda Decade. Ave Maria, Regina Principatuum, & Potestatum, gratiâ plena, &c.

In tertia Decade. Ave Maria Regina Virtutum, & Dominationum, gratiâ plena, &c.

In quarta Decade. Ave Maria, Regina Thronorum, gratiâ plena, &c.

In quinta Decade. Ave Maria, Regina Cherubinorum, gratiâ plena &c.

In sexta Decade. Ave Maria, Reginâ Seraphinorum, gratiâ plena, &c.

FERIA IV.

Officivm Parvvm.

DE SANCTO JOSEPH.

AD MATVTINVM.

Iesvs, Maria, Ioseph.

℣. Domine labia mea aperies.
℟. Et os meum annunciabit laudem tuam.

℣. Deus in adiutorium meũ intende.
℟. Domine ad adiuvandũ me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

A *Septuagesimæ usq; ad Pascha dicitur*:
Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

Ioseph David filius, clara stirpe natus
Iesv Christi Domini Pater nuncupatus,
Matris Dei Sponsus cælitus vocatus,
Utriusque custos cælo destinatus.

Antiph. Salve Patriarcharum decus, & Ecclesiæ sanctæ Dei œconomus, cui panem vitæ, & frumentum Electorum conservasti.

℣. Ora.

℣. Ora pro nobis beatiſsime Ioſeph.
℟. Ut digni efficiamur promiſsionibus Chriſti.

Oremus.

SAnctiſsimæ Genitricis tuæ Sponſi, quæſumus Domine, meritis, adjuvemur, ut, quod poſsibilitas noſtra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus ſancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

AD PRIMAM.

IESVS, MARIA, IOSEPH.

℣. DEvs in adjutorium meum intende.
℟. Domine ad adjuvandū me feſtina.
Gloria Patri, &c. Alleluja.

Hymnus.

TU, qui Sponſam gravidam dolens cum videres
Cogitabas anxius, an eam retineres:
Sed cæleſtis moniror, ne ampliùs timeres,
In ſomnis admonuit, ſed potiùs gauderes.

Antiph.

Antiph. Salve Patriarcharum decus, & Ecclesiæ sanctæ DEI œconomus, cui panem vitæ, &frumentum Electorum conservasti.

℣. Ora pro nobis beatissime Ioseph.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

SAnctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur, ut, quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti DEVS, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

AD TERTIAM.

IESVS, MARIA, IOSEPH.

℣. DEVS in adjutorium meum intende.

℟. Domine ad adiuvandū me festina.

Gloria Patri, &c. Alleluja.

Hymnus.

BEthlehem es profectus, censum soluturus

Cum

Cum prægnante Virgine, ubi naſciturus.

Erat mundi Dominus, quíque mox facturus,

Ut ipſum infantulum eſſes amplexurus.

Antiph. Salve Patriarcharum decus, & Eccleſiæ ſanctæ DEI œconomus, cui panem vitæ, & frumentum Electorum conſervaſti.

℣. Ora pro nobis beatiſsime Ioſeph.

℟. Ut digni efficiamur promiſsionibus Chriſti. *Oremus.*

SAnctiſsimæ Genitricis tuæ Sponſi, quæſumus Domine, meritis, adjuvemur, ut, quod poſsibilitas noſtra non obtinet, eius nobis interceſsione donetur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus ſancti DEVS per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

AD SEXTAM.

IESVS, MARIA, IOSEPH.

℣. DEvs in adjutorium meum intende.

℟. Do-

℟. Domine ad adjuvandū me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

Hymnus.

CUm Herodes impius in pueros
sæviret,
Gabrielis monitu, ne amplius
dormiret,
Retulisti Sponsæ, sed tecum ve-
niret,
Et accepto parvulo in Ægyptum
iret.

Antiph. Salve Patriarcharum decus, & Ecclesiæ sanctæ DEI œcono-mus, cui panem vitæ, & frumentum Electorum conservasti.

℣. Ora pro nobis beatissime Ioseph.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

SAnctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur, ut, quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Qui vivis & regnas cum Deo

Patre

Patre in unitate Spiritus ſancti DEVS, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

AD NONAM.

IESVS, MARIA, IOSEPH.

℣. DEvs in adjutorium meum intende.

℟. Domine ad adiuvandũ me feſtina.

Gloria Patri, &c. Alleluja.

Hymnus.

HOſtibus defunctis inde receſsiſti. Et in Galilæam tecum reduxiſti, Puerum & Sponſam, ſicut didiciſti Cælitus in Nazareth humilis vixiſti.

Antiph. Salve Patriarcharum decus, & Eccleſiæ ſanctæ DEI œconomus, cui panem vitæ, & frumentum Electorum conſervaſti.

℣. Ora pro nobis beatiſsime Ioſeph.

℟. Ut digni efficiamur promiſsionibus Chriſti.

Oremus.

SAnctiſsimæ Genitricis tuæ Sponſi, quæſumus Domine, meritis, adjuvemur,

vemur: ut, quod posſibilitas noſtra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

AD VESPERAS.

IESVS, MARIA, IOSEPH.

℣. DEus in adjutorium meum intende.

℟. Domine ad adjuvandū me festina.

Gloria Patri, &c. Alleluja.

Hymnus.

QUi Iesum factum duodecim annorum.

Perdidisti, tuum lumen oculorum;

Sed inventum postea in medio Doctorum,

Custodisti sedulus, Regem Angelorum.

Antiph. Salve Patriarcharum decus, & Ecclesiæ sanctæ DEI œconomus, cui panem vitæ, & frumentum Electorum conservasti.

℣. Ora pro nobis beatissime Ioseph.

℟. Ut

℟. ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

SAnctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis, adjuvemur, ut, quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti DEVS per omnia sæcula sæculorum. Amen.

AD COMPLETORIVM.

IESVS, MARIA, IOSEPH.

℣. COnverte nos DEVS salutaris nostet.

℟. Et averte iram tuam à nobis.

℣. DEVS in adiutorium meũ intende.

℟. Domine ad adiuvandũ me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

Hymnus.

FElix, quem in ulnis IESVS cum Maria
Tenuit cubantem, dum in agonia
Spiritum efflares, ut directa viâ
Tenderes, ad Patres, functus vita pia.

Antiph. Salve Patriarcharum decus, & Ecclesiæ sanctæ DEI œconomus, cui panem vitæ, & frumentum Electorum conservasti.

℣. Ora pro nobis beatissime Ioseph.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

SAnctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur, ut, quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti DEus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Commendatio.

HAs horas canonicas cum attentione,
Dixi, Sancte Ioseph, tui ratione,
Ut sis memor mei in oratione,
Ut vivamus simul in cæli regione. Amen.

HYM-

HYMNODIA DE S. IOSEPHO.

1.

SAlve Pater Salvatoris,
Salve Cuſtos Redemptoris,
Ioſeph ter amabilis.
Salve Sponſe Matris DEI,
Salve hoſpes IESV mei,
Ioſeph ter amabilis.

2.

Dulces cunæ, dulces panni,
Dulces dies, dulces anni,
Dum nutriſti Dominum,
O quàm fuit admiranda
Tua vita veneranda,
Habens DEI Filium!

3.

IESVM oculis vidiſti,
Et in brachijs tuliſti,
O ſuavis felicitas!
Genis genas admoviſti;
Oſcula dans accepiſti,
O felix süavitas!

4.

Modò DEVM appellasti,
Modò regem nominasti,
Inter mille gaudia:
Modo Patrem adorandum,
Modo natum adamandum,
Inter mille basia.

5.

IESVM brachijs tenere,
Atque totum possidere,
O quantæ divitiæ!
Cum Maria conversari,
DEI Natum amplexari,
O quantæ deliciæ!

6.

Quis est homo, qui amare,
Atque IESVLVM portare,
Nollet suis brachijs?
Nullus est, qui non ambiret,
Et qui cunas non adiret,
Pro tantis delicijs.

7.

O mi Ioseph plùs amande,
Et præ cunctis honorande,
O flos pudicitiæ!

Tibi

Tibi tanta ſors eſt data,
Quanta nulli eſt collata
Ab auctore gratiæ.

8.

O felicem, & beatum,
Cuſtodiri cui eſt datum
Tuo ſub præſidio!
Et qui meruit habere
Te Patronum, & gaudere
Tuo patrocinio!

9.

Per Mariæ tuæ Matris,
Preces, & Ioſephi Patris,
IESV tu nos adjuva;
Ut poſsimus te videre,
Et æternùm poſsidere
In cæleſti patria. Amen.

℣. Valde honorandus & amandus eſt Beatiſsimus Ioſephus.

℟. Inter cujus brachia Dominus recubuit. *Oremus.*

OMnipotens ſempiterne DEVS, qui B. Ioſephum juſtum, filium David, Beatiſsimæ Virgini Mariæ

Sponſum providiſti, & Filio tuo IESV Chriſto Nutritium elegiſti; da quæſumus, ut ejus precibus, & meritis tranquillâ pace lætemur, & ad perpetuæ viſionis tuæ conſolationem perducamur. Per eundem Dominum noſtrum IESVM Chriſtum Filium tuũ, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus ſancti DEVS, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

SEPTEM PRÆCIPVI DOLORES S. IOSEPHI.

In quorum honorem & memoriam recitari poteſt ſepties, Pater & Ave.

I. DOlor, cum videret B. Virginẽ prægnantem, & cogitaret illam occultè dimittere.

§ I. Cùm excluſus diverſorio, cogeretur cum prægnante conjuge ſubire ſtabulum.

III. Cùm audivit Simeonẽ vaticinantẽ de doloris gladio; &, quod Chriſtus eſſet poſitus in ſignũ, cui contradiceretur, ac in ruinam multorũ,

IV. Cùm

IV. Cùm ab Angelo juberetur fugere in Ægyptum, ob Herodis perſecutionem.

V. Cùm in Ægypto videret coli Idola, neglecto & ignorato vero DEO.

VI. Cùm amiſſum duodennem IESVM quæſivit per triduum.

VII. Cùm in morte cogeretur deſerere IESVM & MARIAM, cum quibus per totam vitam ſuaviſsimè vixit.

SEPTEM PRÆCIPVA GAVDIA S. IOSEPHI.

In quorum memoriam itidem recitarè poteſt ſepties Pater & Ave.

I. GAudium, cùm per Angelum intellexit Incarnationis myſterium, & prægnantem Virginem divinitus gravidam non eſſe deſerendam.

II. Cùm in ſtabulo vidit natum DEI Filium, & à paſtoribus adoratum.

III. Cùm vidit tres Reges, ſtella duce cum muneribus ad ſtabulum venientes.

nientes, & Christum adorantes.

IV. Cùm vidit Simeonem exultantem, & de Christo vaticinantem, quòd esset futurus Lumen Gentium, & gloria plebis Israel.

V. Cum juberetur ab Angelo ex Ægypto redire in terram Israël.

VI. Cum inveniret IESVM duodennem in templo.

VII. Cùm inter brachia IESV & MARIAE suavissimè moreretur.

ROSARIVM, SEV CORONA

B. V. Mariæ, in qua & hujus, & S. Iosephi Mysteria recoluntur.

DECAS I.

Ave Maria,

1. Per Gabrielem Nuncium cœlestem, & omnes sanctos beatorum Spirituum ordines, gratiâ plena, &c.
2. Per omnes Sanctos Patriarchas, & Prophetas.
3. Per omnes Sanctos Apostolos, & Evangelistas, & Discipulos Domini.

4. Per

Ave Maria.

4. Per omnes Sanctos Martyres, & Confessores.
5. Per omnes Sanctas è femineo sexu.
6. Destinata à Deo ante mundi constitutionem in Matrem Christi.
7. Promissa, & expectata ab initio saculorum.
8. Impetrata precibus sterilium parentum.
9. Concepta sine labe peccati originalis.
10. Nata ad orbis decus, & salutem.

Pater noster.

Ad honorem ejus humanitatis ab omni culpa, tam originali, quàm actuali.

Decas II.

1. Ave Maria. Insignita hoc sacro nomine Mariæ, decimo quinto die post tuam Nativitatem: gratiâ plena, &c.

Ave Maria.

2. Oblata in Templo trimula; Voto firmans tuam Virginitatem.
3. Vitam in Templo cæleſtem agens, uſque ad decimum quartum ætatis annum.
4. Caſtiſsimo viro Ioſepho in Sponſam data.
5. Ab Archangelo Gabriele, SS. TRINITATIS legato, ſubmiſsè ſalutata.
6. Quæ, dato reſponſo humilitatis & obedientiæ pleno, aſſenſum præbuiſti.
7. Filio DEI gravida.
8. Quæ cognatam Eliſabetham inviſens, filium ejus, in utero exultantem, divino Spiritu impleviſti.
9. Pro Ioſepho, cùm uteri tui tumorem conſpiceret, anxio piè ſollicita.
10. Ab eodem Ioſepho, cùm in ſomno fuiſſet ab Angelo myſterium

terium divinum edoctus, magis amata, magíſque culta.

Pater noſter.

Ad honorem Humilitatis ipſius, quam reſpexit DEVS.

DECAS III.

Ave Maria.

1. Quæ beatiſsimam horam ſalutiferi tui partûs, omnibus deſiderijs expectâſti.
2. Quæ cum Ioſepho Bethlehemum veniens, ab omnibus diverſorijs excluſa fuiſti.
3. Quæ cum Ioſepho ſtabulum. Dei hominis nativitate nobilitandum, humiliter ſubijſti.
4. Quæ, flexis ad orandum genibus, altiſsimâ imminentis myſterij contemplatione ſuſpenſa fuiſti.
5. Quæ illæſo pudore genuiſti Deum, gaudia Matris habens, & Virginitatis honorem.
6. Quę Deum infantē adorâſti, & virgineo lacte tuo nutriviſti.

Ave Maria.

7. Quæ Pastoribus Messiam recens natum ostendisti.
8. Quæ circumcisi parvuli doloribus ac lacrymis adgemuisti.
9. Quæ Sanctissimum IESV. nomen ab Angelo, priusquam in utero conciperetur, vocatum, eidem imposuisti.
10. Quæ in tribus Regibus ab Oriente venientibus, primitias Gentiũ læto animo excepisti.

Pater noster.

Ad honorem perpetuæ Virginitatis, ante partum, in partu, post partum.

DECAS IV.

Ave Maria.

1. Quæ, purganda legali ritu, in Templũ ingrediens, primogenitum Filium tuum obtulisti.
2. Quæ IESVM dans amplexandũ Simeoni funestas ab hoc vaticinationes audivisti.
3. Quæ, Iosepho comite, fugisti in Ægyptum.

4. Quæ

Ave Maria.

4. Quæ cum Ioſepho, poſt obitum Herodis, in Palæſtinam redijſti.
5. Quæ Nazarethi commorans, ſuaviſſimo filij contubernio fruebaris.
6. Quæ IESVM duodennem, Hieroſolymis in Templo remanentem, cum Ioſepho ſolliciтè quæſiviſti.
7. Quæ poſt triduum, eundem in Templo cum incredibili gaudio inveniſti,
8. Quæ Ioſepho Sponſo tuo morienti lumina clauſiſti.
9. Quæ primũ miraculum in nuptijs à Filio tuo impetrâſti.
10. Quæ Filium annunciantem Evangelium ſecuta, divinas ipſius conciones audiviſti;

Pater noſter.

Ad honorem Pietatis ipſius in aſſiduo

DEI cultu.

DECAS V.

1. Quæ

Ave Maria.

1. Quæ Filio se ad mortem subeundam accingenti, postremum Vale dixisti.
2. Quæ Filio capto, ad varia tribunalia deducto, flagellis cæso, spinis coronato, & ad mortem damnato, condoluisti.
3. Quæ Filio bajulanti crucem occurristi.
4. Quæ malleorum clavis incussorũ crudeles ictus audivisti.
5. Quæ Filium ex alta cruce pendentem lacrymosis oculis aspexisti.
6. Quæ Ioannẽ à Filio tibi commendatum; & in Ioanne nos omnes in filios tuos suscepisti.
7. Quæ Filium tuum in summis doloribꝰ expirare sustinuisti.
8. Quæ Filij mortui latus hauriri lanceâ conspexisti.
9. Quę Filium è cruce depositum materno gremio excepisti.

10. Ave

10. Ave Maria. &c. Quæ tumulo divinum corpus intuliſti; & in mœſtã cubiculi ſolitudinem te abdidiſti.

Pater noſter.

Ad honorem Patientiæ, & Compaſſionis ipſius.

DECAS VI.

Ave Maria.

1. Filij redivivi aſpectu, & amplexu, primâ omnium exhilarata.
2. Filium, ad cælos aſcendentẽ, ſummo cum gaudio intuita.
3. Spiritu Sancto, unà cum Apoſtolis ſuperfuſa.
4. Cruentam Filj tui mortem ſub incruento Miſſæ ſacrificio recolens.
5. Filium in Euchariſtiæ Sacramento verè præſentem, Ioannis manu porrectum, recipiens in materna viſcera.
6. De fidei propagatione, populorúmque ad Eccleſiam converſione ſollicita.

7. Sul

Ave Maria.

7. Sub hujus mortalis vitæ finẽ, ad Filij perpetuum aſpectum in cælo, nimium quantum aſpirans.
8. Vehementiſsimo divini amoris impetu extincta.
9. Celeberrimis exequijs, & Apoſtolorum humeris elata.
10. Triduo poſt reſuſcitata, & glorioſiſsimo triumpho in cælo aſſumpta.

Pater noſter.

Ad honorem Amoris illius in Deum, quo ſuperavit omnes creaturas.

PRO RELIQVIS TRIBUS SALVTATIONIBVS

1. Ave Maria, quæ coronam ſupremæ in omnia creata poteſtatis ab æterno Patre accepiſti: gratiâ plena &c.
2. Ave Maria, quæ Coronam Sapientiæ à DEI, Tuóque Filio accepiſti: gratiâ plena &c.

Ave Maria, quæ Coronam Bonitatis

catis & Clementiæ à Spiritu Sancto accepisti: gratiâ plena &c.

Pater noster.

Ad honorem immmensæ Misericordiæ & Benignitatis ipsius.

CREDO IN DEVM.

LITANIÆ LAURETANÆ
B. M. VIRGINIS.
Cum commemoratione S. Iosephi
PRO FELICI MORTE.

KYrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cælis DEVS, miserere nobis.
Fili redemptor mundi DEVS, miserere nobis.
Spiritus sancte DEVS, miserere nobis.
Sancta TRINITAS unus DEVS, miserere nobis.
Sancta Maria, Ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, Ora pro nobis.

San

Sancta Virgo Virginū, Ora pro nobis.
Mater Christi, ora.
Mater divinæ gratiæ, ora.
Mater purissima, ora.
Mater castissima, ora.
Mater inviolata, ora.
Mater intemerata, ora.
Mater amabilis, ora.
Mater admirabilis, ora.
Mater Creatoris, ora.
Mater Salvatoris, ora.
Virgo prudentissima, ora.
Virgo veneranda, ora.
Virgo prædicanda, ora.
Virgo potens, ora.
Virgo clemens, ora.
Virgo fidelis, ora.
Speculum justitiæ, ora.
Sedes Sapientiæ, ora.
Causa nostræ lætitiæ, ora.
Vas spirituale, ora.
Vas honorabile, ora.
Vas insigne devotionis, ora.
Rosa mystica, ora.

Turris Davidica, ora pro nobis.
Turris eburnea, ora.
Domus aurea, ora.
Fœderis arca, ora.
Ianua cœli, ora.
Stella matutina, ora.
Salus infirmorum, ora.
Refugium peccatorum, ora.
Conſolatrix afflictorum, ora.
Auxilium Chriſtianorum, ora.
Regina Angelorum, ora.
Regina Patriarcharum, ora.
Regina Prophetarum, ora.
Regina Apoſtolorum, ora.
Regina Martyrum, ora.
Regina Confeſſorum, ora.
Regina Virginum, ora.
Regina Sanctorum omnium, ora.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis.

Chri-

Christe audi nos.
Christe exaudi nos.

Ave Maria.

SUb tuum præsidium confugimus, sancta DEI genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris, sed à periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriosa & benedicta, Domina nostra, mediatrix nostra, advocata nostra, tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos cõmenda, tuo Filio nos repraesenta.

℣. Ora pro nobis sancta DEI genitrix.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

GRatiam tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde, ut qui Angelo nuntiante Christi Filij tui incarnationem cognovimus, per Passionem ejus & Crucem ad Resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

℣. Ora

℣. Ora pro nobis beatissime Ioseph℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

SAnctissimæ Genitricis tuæ Sponsus quæsumus Domine, meritis adjuvemur, ut, quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

ADMONITIO.

De his Litanijs B. V. M.

Circa has Litanias B. Virginis notandum est, multis abhinc annis viros nonnullos religiosos convenisse, ut eas pro se invicem recitarent pro felici morte, & gratia ad hanc necessaria obtinenda. His se junxerunt in Italia, Hispania, India, Gallia, Germania, multa millia hominum. Ad hoc autem, ut quis particeps sit istarum precum:

1. *Oportet, ut has Litanias quotidie recite-*

recites, cum oratione ad S. Iosephum hîc posita.

II. Vt ipse dicat has preces pro omnibus, sicut omnes pro ipso.

III. Vt recitet pro felici morte, & gratia ad hanc necessaria impetranda.

Qui verò has Litanias recitare volet pro se solo, is fructu sperato non carebit.

ALIVS MODVS IMPETRANDI FELICEM MORTEM.

Hunc ipsamet Sanctissima Virgo Deipara S. Mechtildem, multis precibus id diu flagitantem, denique docuit; promisitque, si hunc à se præscriptum salutandi modum diligenter observaret, se ei in hora mortis singulari studio & amore adfuturam. Ter igitur recitare jussit Angelicam Salutationem, & cuivis subjungi certam orationem.

I. *Ave Maria. Oratio.* I.

O Domina mea sancta MARIA, sicut DEVS Pater per omnipotentiam suam te potentissimam effecit; ita mihi, quæso, adsis in hora mortis

expellendo à me omnem contrariam poteſtatem.

II. *Ave Maria. Oratio.* II.

O Domina mea ſancta MARIA, ſicut Filius Dei tantâ te cognitione & claritate dignatus eſt, ut totum cælum illumines; ita in hora mortis animam meam cognitione fidei ſic illuſtres & corrobores, ut nullo errore aût ignorantiâ pervertatur.

III. *Ave Maria. Oratio* III.

O Domina mea ſancta MARIA, ſicut Spiritus ſanctus ſuum amorem tibi plenè infudit; ita tu in morte dulcedinem amoris divini mihi inſtilla, ex quo omnis amaritudo reddatur mihi ſuaviſsima. Amen.

Oratio

HUGONIS DE S. VICTORE.

Canonici Regularis Oidinis S. Auguſtini, pro obtinenda felici morte.

O Dulciſsime ac benigniſsime Domine IESV Chriſte, ob tui ſanctiſsimi Corporis reverentiam, quod

ex intacta Virgine Maria sumpsisti; concede mihi misero peccatori, ut Corpus tuum pretiosissimum, animæ meæ finalis sit refectio. Amen.

Pater noster. Ave Maria.

O Dulcissime & amantissime Domine IESV Christe, propter Nomen tuum sanctissimum, concede mihi misero peccatori, ut gloriosissimum Nomen tuum, quod est IESVS, sit mea finalis locutio. Amen.

Pater noster. Ave Maria.

O Dulcissime ac clementissime Domine IESV Christe, propter Passionem tuam acerbissimam, concede mihi misero peccatori, ut tuum in Cruce ineffabile tormentum sit mea finalis cogitatio. Amen.

Pater noster. Ave Maria.

O Dulcissime ac misericordissime Domine IESV Christe, propter tuam omnem sanctissimam vitam, concede mihi peccatori miserrimo, omnes affectiones, cogitationes, & opera

operationes meas in ſancta tua vulnera defigere. Amen.

Pater noſter. Ave Maria.

O Dulciſsime ac pijſsime Domine IESV Chriſte, propter omnes miſerationes tuas, imprime cordi meo, tuæ mortis exinanitionem, & omniũ vulnerum tuorum paſsionem. Amẽ.

Pater noſter. Ave Maria.

PETRI CANISII SOC. IESV.

Pro felici morte precatio.

Manual. Cathol Exerc. IV.

DOmine IESV Chriſte, vitæ & necis Princeps, cui & vivimus & morimur, per ſacroſanctam & amariſsimam in Cruce mortem tuam precor, ut adventus in mea morte tuus me non uti dormientem, impa-ratum, & inertem; ſed vigilantem & frugi ſervum offendat Ne permittas, quæſo, me impœnitentem ex hac migrare vita, & improviſâ morte præoccupari, ſed morituru matu-rè confirmes, ac munias Catholicâ

ex intacta Virgine Maria sumpsisti; concede mihi misero peccatori, ut Corpus tuum pretiosissimum, animæ meæ finalis sit refectio. Amen.

Pater noster. Ave Maria.

O Dulcissime & amantissime Domine IESV Christe, propter Nomen tuum sanctissimum, concede mihi misero peccatori, ut glorioissimum Nomen tuum, quod est IESVS, sit mea finalis locutio. Amen.

Pater noster. Ave Maria.

O Dulcissime ac clementissime Domine IESV Christe, propter Passionem tuam acerbissimam, concede mihi misero peccatori, ut tuum in Cruce ineffabile tormentum sit mea finalis cogitatio. Amen.

Pater noster. Ave Maria.

O Dulcissime ac miscricordissime Domine IESV Christe, propter tuam omnem sanctissimam vitam, concede mihi peccatori miserrimo, omnes affectiones, cogitationes, & opera.

operationes meas in ſancta tua vulnera defigere. Amen.

Pater noſter. Ave Maria.

O Dulciſsime ac pijſsime Domine IESV Chriſte, propter omnes miſerationes tuas, imprime cordi meo, tuæ mortis exinanitionem, & omniũ vulnerum tuorum paſsionem. Amẽ.

Pater noſter. Ave Maria.

PETRI CANISII SOC. IESV.

Pro felici morte precatio.

Manual. Cathol Exerc. IV.

DOmine IESV Chriſte, vitæ & necis Princeps, cui & vivimus & morimur, per ſacroſanctam & amariſsimam in Cruce mortem tuam precor, ut adventus in mea morte tuus me non uti dormientem, imparatum, & inertem; ſed vigilantem & frugi ſervum offendat Ne permittas, quæſo, me impœnitentem ex hac migrare vita, & improviſâ morte præoccupari, ſed moriturum maturè confirmes, ac munias Catholicâ

fide, verâ pœnitentiâ, purâ Confeſſione, digna ſatisfactione, & Sacratiſſimo Euchariſtiæ Viatico, Oleique Sancti perceptione. Cùm cetera omnia me deſerent, quæ caduca & fluxa in hoc mundo poſsidentur, tu, qui cum electis tuis manes perpetuò, me non deſeras, præſertim in extremo illo vitæ agone, quando cum infeſtiſſimo ſatana vel maximè luctandum eſt. Aſsiſtant mihi tum in morte Angeli tui, & migraturum adverſus tentationes omnes protegant, tum in doloribus conſolentur atque confirment. Vigeant in me tunc Fides, Spes, Charitas, & Patientia. In manus tuas me animo præſente cõmendem, atq; in pace ſancta obdormiam, ut in Regnum tuum, quod nobis tanto pretio comparaſti, ſecurè tranſire poſsim. Memento mei Domine, qui regnum tuum pœnitenti etiam ſerò latroni promittere ac pro ſumma clementia tua donare dignatus es.

FE.

FERIA V.

Officivm Parvvm.

DE SS EVCHARISTIA.

AD MATVTINVM.

PAnem cæli dedit nobis Dominus: Panem Angelorum manducat homo.

℣. Domine labia mea aperies.

℟. Et os meũ annunciabit laudẽ tuã.

℣. Deus in adjutoriũ meum intende

℟ Domine ad adiuvandũ me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

A Septuagesima usq; ad Pascha dicitur:

Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

LAuda Sion Salvatorem,
Lauda Ducem & Pastorem,
In hymnis & canticis.
Quantum potes, tantum aude,
Quia major omni laude:
Nec laudare sufficis.
Laudis thema specialis.
Panis vivus & vitalis
Hodie proponitur:

Quem in ſacræ menſa cænæ,
Turbæ fratrum duodenæ,
Datum non ambigitur.

℣. Panēde cælo præſtitiſti eis Domine,
℟. Omne delectamentum in ſe habentem.

Antiph. Dominus Iesvs, in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate; Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem.

℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

DEvs, qui nobis ſub Sacramento mirabili paſsionis tuæ memoriam reliquiſti, tribue quæſumus, ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum, in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in ûnitate Spiritus ſancti Devs, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

AD

AD PRIMAM.

PAnem cæli dedit nobis Dominus: panē Angelorū manducat homo.
℣. Deus in adiutorium meū intende.
℟. Domine ad adjuvandū me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

Hymnus.

SIt laus plena, sit sonora:
Sit jucunda, sit decora
Mentis jubilatio.
Dies enim solemnis agitur,
In qua mensæ prima recolitur
Huius institutio.
In hac mensa novi Regis,
Novum Pascha novæ legis,
Phase vetus terminat.
Vetustatem novitas.
Umbram fugat veritas,
Noctem lux eliminat.
℣. Panē de cælo præstitisti eis Dnmine.
℟. Omne delectamentum in se habentem.

Antiph. O quam suavis est Domine spiritus tuus, qui ut dulcedinē

tuam in filios demonſtrares, pane ſuaviſſimo de cælo præſtito, eſurientes reples bonis, faſtidioſos divites dimittens inanes.

℣. Domine exaudi orationem meam:
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DEvs, qui nobis ſub Sacramento mirabili paſſionis tuæ memoriã reliquiſti: tribuẽ quæſumus, ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari, ut redemptionis tuę fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis & regnas cum DEO Patre in unitate Spiritus ſancti DEVS, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

AD TERTIAM.

PAnem cæli dedit nobis Dominus: panẽ Angelorũ manducat homo.

℣. DEVS in adiutorium meũ intende.
℟. Domine ad adjuvandũ me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

Hymnus.

Quod

QUod in cæna Christus gesſit,
Faciendum hoc expreſsit
In ſui memoriam.
Docti ſacris inſtitutis;
Panem, Vinum in ſalutis,
Conſecramus hoſtiam.
Dogma datur Chriſtianis,
Quod in Carnem tranſit panis,
Et vinum in ſanguinem.
Quod non capis, quod non vides,
Animoſa firmat fides,
Præter rerum ordinem.

℣. Panẽ de cælo præſtitiſti eis Domine.
℟. Omne delectamentum in ſe habentem.

Ant. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potº: qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinẽ in me manet, & ego in illo.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

DEVS, qui nobis ſub Sacramento mirabili paſsionis tuæ memoriã

reli-

reliquisti: tribue quæsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerati, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis & regnas cum DEO Patre in unitate Spiritus sancti DEVS, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

AD SEXTAM.

PAnem cæli dedit nobis Dominus: panē Angelorū manducat homo.

℣. DEVS in adiutoriū meum intende.

℟. Domine ad adiuvandū me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

Hymnus.

SUb diversis speciebus,
Signis tantùm & non rebus,
Latent res eximiæ.
Caro cibus, Sanguis potus:
Manet tamen Christus totus
Sub utraque specie
A sumente non concisus,
Non confractus, non divisus,
Integer accipitur.

℣. Panem de cælo præstitisti eis Domine.

℟. O.

℣. Omne delectamentum in se habentem.

Antiph. Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat.

℣. Domine exaudi orationem meã.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

DEvs, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriã reliquisti, tribue quæsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis & regnas cum DEO Patre in unitate Spiritus sancti DEVS, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

AD NONAM.

PAnem cæli dedit nobis Dominus: panẽ Angelorũ manducat homo.
℣. DEvs in adiutorium meũ intende.
℟. Domine ad adiuvandũ me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

Hymnus.

Hymnus.

SUmit unus, ſumunt mille:
Quantum iſti, tantum ille:
Nec ſumptus conſumitur.
Sumunt boni, ſumunt mali:
Sorte tamen inæquali,
Vitæ, vel intetitûs.
Mors eſt malis, vita bonis:
Vide paris ſumptionis
Quam ſit diſpar exitus.

℣. Panẽ de cælo præſtitiſti eis Domine,
℟. Omne delectamentum in ſe habentem.

Antiph. Quicunque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini.

℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

DEvs, qui nobis ſub Sacramento mirabili paſſionis tuæ memoriã reliquiſti, tribue quæſumus, ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſte-

ria

ria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

AD VESPERAS.

PAnem cæli dedit nobis Dominus: panẽ Angelorũ manducat homo.

℣. Deus in adiutorium meũ intende.

℟. Domine ad adiuvandũ me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

Hymnus.

FRacto demum Sacramento,
Ne vacilles, sed memento,
Tantum esse sub fragmento,
Quantum toto tegitur.
Nulla rei fit scissura:
Signi tantùm fit fractura:
Quâ nec status nec statura
Signati minuitur.
Ecce panis Angelorum,
Factus cibus viatorum:
Verè Panis filiorum,
Non mittendus canibus.

℣. Pa-

℣. Panē de cælo præstitisti eis Domine,
℟. Omne delectamentum in se habentem.

Ant. O sacrum convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis ejus: mens impletur gratiâ: & futuræ gloriæ nobis pignus datur.
℣. Domine exaudiorationem meam:
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DEvs, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriã reliquisti: tribuẽ quæsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuę fructum in nobis jugiter sentiamus Qui vivis & regnas cum DEO Patre in unitate Spiritus sancti DEVS, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

AD COMPLETORIUM.

PAnem cæli dedit nobis Dominus: panẽ Angelorũ manducat homo.
℣. Cõverte nos DEVS salutaris noster.
℟. Et averte iram tuam à nobis.

℣. DEVS

℣. Deus in adiutorium meũ intende.
℟. Domine ad adiuvandũ me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

Hymnus.

IN figuris præsignatur,
Cũm Isaac immolatur:
Agnus Paschæ deputatur;
Datur manna Patribus.
Bone pastor, panis vere,
Iesv nostri miserere:
Tu nos pasce, nos tuere:
Tu nos bona fac videre,
In terra viventium.
Tu, qui cuncta scis & vales,
Qui nos pascis hîc mortales:
Tuos ibi commensales,
Cohæredes & sodales
Fac sanctorum civium. Amen.

℣. Panẽ de cælo præstitisti eis Domine.
℟. Omne delectamentum in se habentem.

Ant. Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

Qui manducat meā carnem, & bibit meum ſanguinē: habet vitā æternā: & ego reſuſcitabo eū in noviſsimo die.

℣. Domine exaudi orationem meam

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

DEvs, qui nobis ſub Sacramento mirabili paſsionis tuæ memoriā reliquiſti: tribue quæſumus, ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari, ut redemptionis tuę fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Commendatio.

AVe verum corpus, natum
De Maria Virgine:
Verè paſſum, immolatum
In cruce pro homine:
Cuius latus perforatum
Fluxit undâ, ſanguine:
Eſto nobis præguſtatum
Mortis in examine. Amen.

RHYTH.

RHYTHMVS S. THOMÆ
Aquin. ad SS. Eucharistiam.

ADoro te devotè, latens Deitas,
Quæ sub his figuris verè latitas.
Tibi se cor meum totum subiicit,
Quia te contemplans totũ deficit.
Visus, tactus, gustus in te fallitur,
Sed auditu solo turò creditur.
Credo, quidquid dixit DEI Filius,
Nil hoc verbo veritatis verius.
In cruce latebat sola Deitas;
At hîc latet simul & humanitas:
Ambo tamẽ credens atq; cõfitens
Peto, quod petivit latro pœnitens,
Plagas, sicut Thomas, non intueor,
Deum tamen meum te confiteor,
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis vivus, vitã præstans homini:
Præsta meæ menti de te vivere,
Et te illi semper dulce sapere.
Piè pelicane IESV Domine,
Me imũndũ munda tuo sanguine

Cujus una ſtilla ſalvum facere
Totum mundum quit ab omni
ſcelere.

O IESV, quem velatum ſic aſpicio
Oro fiat illud, quod tam ſitio,
Ut te revelatâ cernens facie,
Viſu ſim beatus tuæ gloriæ. Amen.

Oratio.

S. IGNATIO SOC. IESU FUN-DATORI VALDE FAMILIARIS.

ANima Chriſti ſanctifica me,
Corpus Chriſti ſalva me,
Sanguis Chriſti inebria me,
Aqua lateris Chriſti lava me,
Paſsio Chriſti conforta me,
O bone IESV, exaudi me,
Intra tua vulnera abſconde me,
Ne permittas me ſeparari à te,
Ab hoſte maligno defende me,
In hora mortis meæ voca me,
Et jube me venire ad te,
Ut cum Sanctis laudem te,
In ſæcula ſæculorum. Amen.

PRA-

PRÆCIPUI FRUCTUS SS. EUCHARISTIAE.

1. Remittit peccata præterita, quæ oblivione excidcrunt.
2. Confirmat adversum futura.
3. Debilitat vitiosos animi impetus.
4. Tentationes minuit.
5. Ad pietatis studium incitat.
6. Intelligentiam illuminat.
7. Accendit affectum.
8. Confirmat spem.
9. Debilitati nostræ firmitudinem addit.
10. Exhilarat conscientiam.
11. Participes nos facit meritorum Christi.
12. Dat pignus gloriæ.
13. Confirmat cor hominis.
14. Armat fortes, ut strenuè cum diabolo decertent.
15. Alacrem facit ad probas actiones.
16. Mirè adjuvat ad res adversas tolerandas.
17. Pœnas peccati minuit

18. Et (qui eſt primus & ultimus, ac omnino ſum̃us) nos Deoconjungit, unit, incorporat, & Deiferos facit.

Quando feria quinta veſperi ſignum datur Agonia Chriſti in horto.

IEsvs factus in agonia, prolixiùs orabat. *Pater noſter. Ave Maria.*

Pater mi, ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte: veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. *Pater noſter. Ave Maria.*

Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. *Pater noſter. Ave Maria.*

℣. Suſtinui, qui ſimul contriſtaretur, & non fuit.

℟. Et qui conſolaretur, & non inveni.

Oratio.

DA, quæſumus omnipotens Deus: ut, qui in tot adverſis ex noſtra infirmitate deficimus; intercedente vnigeniti Filij tui paſsione reſpiremus. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum Amen.

FE-

FERIA VI.

Officivm Parvvm.

DE S. CRVCE.

AD MATVTINVM.

℣. PEr ſignum Crucis de inimicis noſtris.

℟. Libera nos Deus noſter.

℣. Domine labia mea aperies.

℟. Et os meũ annunciabit laudẽ tuã.

℣. Deus in adjutoriũ meum intende

℟. Domine ad adiuvandũ me feſtina.

Gloria Patri, &c. *non dicitur* Alleluja: *neque* Laus tibi Domine, &c.

Hymnus.

PAtris Sapientia, veritas divina,
Deus homo captus eſt horâ matutinâ.

A notis diſcipulis citô derelictus:
A Iudæis traditus, venditus, & afflictus.

Antiph. O Crux venerabilis, quæ ſalutem attuliſti miſeris, quibus te efferam præconijs, quoniam vitam nobis cælitem præparâſti.

℣. Ado-

℣. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi.

℟. Quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.

Oratio.

DOmine IESV Christe, Fili Dei vivi, pone passionem, crucem & mortem tuã inter judicium tuum, & animam meam, nunc, & in hora mortis meæ, & mihi largiri digneris gratiam & misericordiam; vivis & defunctis requiem, & veniam: Ecclesiæ tuæ pacem, & concordiam, & nobis peccatoribus vitam & gloriam sempiternã: Qui vivis & regnas cum DEO Patre, in unitate Spiritus sancti DEVS, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

℣. PEr signum Crucis de inimicis nostris.

℟. Libera nos DEVS noster.

℣. DEVS in adiutoriũ meum intende.

℟. Domine ad adiuvandũ me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

Hymnus.

HOrâ primâ Dominum ducunt ad Pilatum:
Et à falsis testibus multũ accusatum.
Colaphis percutiunt manibus ligatũ.
Vultum DEI conspuunt, lumen cæli gratum,

Antiph. O crucis victoria, & admirabile signum, in cæsti curia facnos captare triumphum.

℣. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi.

℟. Quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.

Oratio.

DOmine IESV Christe, Fili Dei vivi, pone passionem, crucem & mortem tuam inter judicium tuum, & animam meam, nunc, & in hora mortis meæ: & mihi largiri digneris gratiam & misericordiam; vivis & defunctis requiem, & veniam: Ecclesiæ tuæ pacem, & concordiam, & nobis peccatoribus vitam & gloriam sempiter-

piternã. Qui vivis & regnas cum DEO Patre in unitate Spiritus sancti DEVS, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

AD TERTIAM.

℣. PEr signum Crucis de inimicis nostris.

℟. Libera nos DEVS noster.

℣. Deus in adjutorium meũ intende.

℟. Domine ad adjuvandũ me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

CRucifige clamitant horâ tertiarũ,
Illusus induitur veste purpurarũ:
Caput ejus pungitur coronâ spinarũ:
Crucem portat humeris ad locum pœnarum.

Ant. Funestæ mortis damnatur supplicium, dum Christus in Cruce nostra destruxit vincula criminum.

℣. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi.

℟. Quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.

Oratio.

Oratio.

DOmine Iesv Christe, Fili Dei vivi, pone passionem, crucem & mortem tuã inter judicium tuum, & animam meam, nunc, & in hora mortis meæ: & mihi largiri digneris gratiam & misericordiam; vivis & defunctis requiem, & veniam: Ecclesiæ tuæ pacem, & concordiam, & nobis peccatoribus vitam & gloriam sempiternã. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus sancti Devs, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

AD SEXTAM.

℣. PEr signum Crucis de inimicis nostris.

℟. Liberá nos Devs noster.

℣. Devs in adiutorium meũ intende.

℟. Domine ad adjuvandũ me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

HOrâ sextâ Iesvs est eruci conclavatus:

Et cum latronibus pendens est deputatus.

Præ tormentis sitiens felle saturatus:
Agnus crimen diluens sic ludificatus.

Antiph. Per lignum servi facti sumus, & per sanctam Crucem liberati sumus: fructus arboris seduxit nos, Filius DEI redemit nos.

℣. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi.

℟. Quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.

Oratio.

DOmine IESV Christe, Fili DEI vivi, pone passionem, crucem & mortem tuã inter judicium tuum, & animam meam, nunc, & in hora mortis meæ: mihi largiri digneris gratiam & misericordiam: vivis & defunctis requiem, & veniam: Ecclesiæ tuæ pacem, & concordiam, & nobis peccatoribus vitam & gloriam sempiternã Qui vivis & regnas cum DEO Patre, in unitate Spiritus sancti DEVS, per omnia sæcula sæculorum.

Amen.

AD

AD NONAM.

℣. PEr ſignum Crucis de inimicis noſtris.

℟. Libera nos DEVS noſter.

℣. DEVS in adiutorium meũ intende.

℟. Domine ad adjuvandũ me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

HOrâ nonâ Dominus IESVS expiravit.

Eli clamans ſpiritũ Patri cõmendavit:

Latus ejus lanceâ miles perforavit:

Terra tunc contremuit, & ſol obſcuravit.

Antiph. O magnum pietatis opus! mors mortua tunc eſt, in ligno quando mortua vita fuit.

℣. Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi.

℟. Quia per ſanctam Crucem tuam redemiſti mundum.

Oratio.

DOmine IESV Chriſte, Fili Dei vivi, pone paſſionem, crucem & mortem

tem tuã inter judicium tuum, & animam meam, nunc, & in hora mortis meæ, & mihi largiri digneris gratiam & misericordiam; vivis & defunctis requiem, & veniam: Ecclesiæ tuæ pacem, & concordiam, & nobis peccatoribus vitam & gloriam sempiternã: Qui vivis & regnas cum DEO Patre, in unitate Spiritus sancti DEVS, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

AD VESPERAS.

℣. PEr signum Crucis de inimicis nostris.

℟. Libera nos DEVS noster.

℣. DEVS in adiutoriũ meum intende.

℟. Domine ad adiuvandũ me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

DE cruce deponitur horâ vespertinâ,
Fortitudo latuit in mente divina:
Talem mortem subijt vitę medicina,
Heu! corona gloriæ jacuit supina.

Antiph. O crux benedicta, quæ sola

sola fuisti digna portare talentum mundi: dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondera: super omnia ligna cedrorum tu sola excelsior, in qua mundi salus pependit, in qua Christus triumphavit, & mors mortem superavit in æternum.

℣. Adorámus te Christe, & benedicimus tibi.

℟. Quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.

Oratio.

DOmine Iesv Christe, Fili Dei vivi, pone passionem, crucem & mortem tuã inter judicium tuum, & animam meam, nunc, & in hora mortis meæ: & mihi largiri digneris gratiam & misericordiam: vivis & defunctis requiem, & veniam: Ecclesiæ tuæ pacem, & concordiam, & nobis peccatoribus vitam & gloriam sempiternã. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

AD

AD COMPLETORIUM.

℣. PEr ſignum Crucis de inimicis noſtris.

℟. Libera nos DEVS noſter.

℣. Cõverte nos DEVS ſalutaris noſter.

℟. Et averte iram tuam à nobis.

℣. Deus in adjutorium meũ intende.

℟. Domine ad adjuvandũ me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

HOrâ Completorii datur ſepulturæ
Corpus Chriſti nobile, ſpes vitæ
futuræ:
Condîtur aromate: complentur
Scripturæ:
Iugis ſit memoria mortis ſuæ duræ.

Ant. Salvator mundi ſalva nos, qui per Crucem & ſanguinem tuum redemiſti nos: auxiliare nobis, te deprecamur DEVS noſter.

℣. Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi.

℟. Quia per ſanctam Crucem tuam redemiſti mundum.

Ora.

Oratio.

DOmine Iesv Christe, Fili Dei vivi, pone passionem, crucem & mortem tuã inter judicium tuum, & animam meam, nunc, & in hora mortis meæ: & mihi largiri digneris gratiam & misericordiam; vivis & defunctis requiem, & veniam: Ecclesiæ tuæ pacem, & concordiam, & nobis peccatoribus vitam & gloriam sempiternã. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre, in ũnitate Spiritus sancti Devs, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Commendatio.

HAs Horas canonicas cum devotione,
Tibi Christe recolo piâ ratione:
Ut, qui pro me passus es amoris ardore,
Sis mihi solatium mortis in agone.
Amen.

Affectus amantis Animæ
S. FRANCISCI XAVERII,
Soc. Iesv, Indiar. Apostoli.

O Deus! ego amo Te.
Nec amo Te ut salves me:
Aut, quia non amantes Te
Æterno punis igne.
Tu, tu, mi Iesu, totum me
Amplexus es in Cruce.
Tulisti Clavos, Lanceam,
Multámque Ignominiam,
Innumeros Dolores,
Sudores, & Angores:
Ac mortem, & hæc propter me,
Ac pro me Peccatore:
Cur igitur non amem Te,
O Iesv amantissime?
Non, ut in cælo salves me:
Aut ne æternum damnes me,
Nec præmii ullius spe.
Sed, sicut Tv amâsti me,
Sic amo, & amabo Te.
Solùm, quia Rex meus es:
Et solùm quia DEVS es.

Illustriss.

Illustriss. & Rev. D. D. Iulius Spinola Archiep. Laod. Apost. Sed per German. & Austriacas Provincias Nuncius, omnibus Christi fidelibus utriusq; sexus, in districtu suæ Nuntiaturæ concedit undecim mensium Indulgentias, quotiescunq; devotè & flexis genibus ante Imaginem S. FRANCISCI XAV. *orationem hanc recitaverint.* 30. *Ian* 1666.

HOROLOGIVVM CHRISTI PATIENTIS.

A Vespera Feriæ V. usque ad Vesperam Feriæ VI.

Exhibet illud præcipua, quæ horis singulis Christus pro te passus est, ut ad horologii sonum ea cum ardenti amoris, & amaro doloris affectu, hunc in modum recolas.

AVE MARIA, gratia plenâ, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui IESVS:

Hora 6. vesperinâ Feriæ quintæ, adde:

Pede

Pedes discipulorum lavans.

Sancta MARIA, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis nostræ, Amen.

MYSTERIA HOROLOGII.

VESPERI.

Horâ 6. Vespertinâ. Pedes discipulorum lavans.

Horâ 7. Seipsũ nobis in cibũ tradens.

Horâ 8. In horto orans, & sanguinem sudans.

Horâ 9. A Iudæis captus.

Horâ 10. Ad Annam ductus.

Horâ 11. Ad Caipham ductus.

Horâ 12. Alapâ corã Pontifice cæsus.

A MEDIA NOCTE.

Horâ 1. Velatus, ludibrio habitus, percussus.

Horâ 2. A Petro negatus.

Horâ 3. A falsis testibus accusatus.

Horâ 4. Reus mortis proclamatus:

Horâ 5. Vinctus ad Pilatum ductus.

Horâ 6. Ad Herodẽ missus, & illusus.

Horâ 7. Barrabæ post positus.

Horâ

Horâ 2. Flagellis cæsus.
Horâ 9. Spinis coronatus.
Horâ 10. Ad populum à Pilato productus.
Horâ 11. Cruce oneratus. (xus.
Horâ 12. Inter duos latrones crucifi-

A MERIDIE.

Horâ 1. Te Matrem suam allocutus.
Horâ 2. In cruce sitiens, & aceto potatus.
Horâ 3. In Cruce mortuus.
Horâ 4. De cruce depositus.
Horâ 5. Sepultus.

Quando feriâ sextâ sub meridiem signis datur Agonia Christi in cruce.

A Sexta hora tenebræ factæ sunt super universam terram; usque ad horam nonam.

Pater noster. Ave Maria.

Horâ nonâ exclamavit IESVS voce magnâ, dicens: DEVS meus, DEVS meus, ut quid dereliquisti me?

Pater noster. Ave Maria.

IESVS iterum clamans voce ma-

gnâ

gnâ ? Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum, & inclinato capite tradidit ſpiritum.

Pater noſter. Ave Maria.

℣. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens uſque ad mortem :

℟. Mortem autem crucis.

Oratio.

RÉſpice, quæſumus Domine, ſuper hanc familiam tuã, pro qua Dominus noſter IESVS Chriſtus non dubitavit manibus tradi nocentium, & crucis ſubire tormentum. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti DEVS, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

EXERCITIVM DEVOTIONIS *erga ſacratiſſima quinque Salvatoris vulnera.*

O Sacratiſſimum vulnus,
1. Benedictæ manus dextræ,
2. Benedictæ manus ſiniſtræ,
3. Benedicti pedis dextri,
4. Benedicti pedis ſiniſtri,

5. Be-

5. Benedicti cordis, & lateris; Salvatoris mei, Domini IESV Christi, propitiare gravissimis peccatis meis, & ea pretiosissimo sanguine, qui ex te profluxit, efficaciter dele: libera me ab omni malo corporis & animæ: largire mihi, unà cum perseverantiæ dono, gratiam ad omne bonum; & miserere mei in hora mortis meæ. Amen. *Pater noster. Ave Maria.*

Sic ad singula vulnera post prædictam oratiunculam dicitur Oratio Dominica, & Salutatio Angelica. In fine additur sequens Collecta.

℣. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi.

℟. Quia per sacratissima quinq; vulnera tua redemisti mundum.

Oremus.

OMnipotens & misericors DEVS, qui nobis in foraminibus petræ, sacratissimi Domini nostri IESV Christi vulneribus in omni tribulatione & angustia singulare præsidium benignis-

nigniſsimè præparâſti; da mihi per eorundem merita remiſsionem peccatorum: & ſervandi mandata tua, téque ex toto corde diligendi, gratiam benigniter elargire: ut cùm ex hac ærumnoſa miſeriarum valle fuerit emigrandum, ſanguinis, quem fuderunt, virtute & efficaciâ, in diviniſsimo dominici cordis vulnere, velut inſuperabili propugnaculo, ab omni diabolica infeſtatione ſecurus deliteſcam; & coram ſupremi vivorum & mortuorum Iudicis tribunali, cum fiducia comparens, & hæc ejus omni radio ſolari ſplendidiora vulnera in noviſsimo die ſummo cum gaudio intuens, dulciſsimã Electorũ ſententiam; Venite benedicti Patris mei: feliciter adipiſcar. Per eumdem Dominum noſtrũ IESVM Chriſtũ, &c.

Aliud exercitium devotionis ad V. vulnera Chriſti.

1. DUlciſsime IESV, adoro vulnus Manus tuæ dextræ. Da mihi

mihi quæso victoriam de me ipso, & gratiã extirpandi ex corde meo omnia vitia, & inclinationes malas. Recommendo tibi in hoc vulnus, universalem sanctæ Ecclesiæ statum, conversionem infidelium, & reductionem ad eandem omnium hæreticorum. *Pater noster. Ave Maria.*

II. Patientissime Iesv, adoro vulnus manus tuæ sinistræ, Rogo te, da mihi patientiam in omnibus adversitatibus, largire mihi fortitudinem in extremo vitæ momento, & gratiam evitandi mortem æternam. In idem vulnus tuum sanctissimum, commendo tibi tuos utriusque sexûs fideles. *Pater noster. Ave Maria.*

III. Amabilissime Iesv, adoro sacratissimum vulnus pedis tui dextri. Da mihi quæso gratiam progrediendi semper in melius in via tuorum sacratissimorum mandatorum, in operibus bonis, & augmento omnium virtutum, secundùm tuam

ſanctiſsimam & divinam voluntatem. In idem ſacratiſsimum vulnus commendo tibi omnes Eccleſiaſticos, & utriuſque ſexûs Religioſos.

Pater noſter. Ave Maria.

IV. Benigniſsime Iesv adoro ſacratiſsimum vulnus pedis tui ſiniſtri. Obſecro te, libera me ab omnibus periculis, tam animæ, quàm corporis, & da mihi gratiam effugiendi omnia peccata, & peccandi occaſiones. In idem vulnus ſacratiſsimum recommendo propinquos, amicos, inimicos, & omnes omninò pro quibus orare teneor.

Pater noſter. Ave Maria.

V. Amabiliſsime & miſericordiſsime Iesv, indigniſsimus ego in tuo conſpectu peccator adoro vulnus ſacratiſsimi lateris tui. Oro humillimè ut ardentiſsimo tuo amore me incendas, ut omni inordinato affectu ad quaſcunque creaturas derelicto, tu ſolus ſemper cor meum inhabites.

Com-

Commendo huic ſacratiſsimo vulneri tuo omnes animas, quæ in purgatorio detinentur.

Pater noſter. Ave Maria.

MEDITATIONES PIÆ de Paſſione Chriſti.

O Domine IESV Chriſte, adoro te in cruce pendentem, & coronã ſpineam in capite portantem: deprecor te, ut me tua Crux liberet ab angelo percutiente. Amen.

Pater noſter. Ave Maria.

O Domine IESV Chriſte, adoro te in cruce vulneratum, felle & aceto potatum: deprecor te, ut vulnera tua ſint remedium animæ meæ. Amẽ.

Pater noſter. Ave Maria.

O Domine IESV Chriſte, propter illam amaritudinem, quam pro me miſerrimo ſuſtinuiſti in cruce, maximè in illa hora, quando nobiliſsima anima tua egreſſa eſt de benedicto corpore tuo: deprecor te, miſerere

animæ meæ in egreſſu ſuo, & perduc eam in vitam æternam Amen.

Pater noſter. Ave Maria.

O Domine IESV Chriſte, adoro te deſcendentem ad inferos, & liberantem captivos: deprecor te, ne permittas me illuc introire. Amen.

Pater noſter. Ave Maria.

O Domine IESV Chriſte, adoro te in ſepulchro poſitum, myrrha & aromatibus condîtum: deprecor te, ut tua mors ſit vita mea. Amen.

Pater noſter. Ave Maria.

O Domine IESV Chriſte, adoro te reſurgentem à mortuis, aſcendentem ad cælos, ſedentémque ad dexteram Patris: deprecor te, ut illuc te ſequi, & tibi præſentari merear. Amen. *Pater noſter. Ave Maria.*

O Domine IESV Chriſte, paſtor bone, juſtos conſerva, peccatores juſtifica, omnibus fidelibus miſerere, & propitiâ eſto mihi maximo peccatori. Amē. *Pater noſter. Ave Maria.*

Eadem

Eadem Feriâ VI.

Officivm Parvum

DE VII. DOLORIBVS B. MARIÆ VIRG.

AD MATVTINVM.

Gladivs a Simeone Praedictvs.

℣. Ela mea labia nunc annunciate.

℟. Dolores, & Compaſsionem Virginis beatæ.

℣. Domina in adjutorium meum intende.

℟. Domina ad adjuvandũ me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, &c. *Non dicitur*: Alleluja, *nec* Laus tibi Domine.

Hymnus.

SEptem tuos dolores
MARIA dum conſidero,
Tecum pati labores,
Tecum mori deſidero.
Annæ gemit ſenectus,
Et Simeon affligitur,

Doloris ense pectus
Quando tibi transfigitur.

℣. Tuam ipsius animam doloris gladius pertransivit.

℟. Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

Oratio.

INterveniat pro nobis, quæsumus Domine IESV Christe, nunc, & in hora mortis nostræ, apud tuam clementiam Beata Virgo MARIA Mater tua, cujus sacratissimam animam in hora passionis tuæ, doloris gladius pertransivit Per te IESV Christe, Salvator mundi, qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

AD PRIMAM.

FVGA IN ÆGYPTVM.

℣ DOmina in adjutorium meum intende.

℟. Domina ad adjuvandũ me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

Fugis

FUgis MARIA, prolis
Onusta charo pondere,
Et luminare solis
De nocte vis abscondere.
Ægyptus est asyli
Locus tuis amoribus.
Iuxta fluenta Nili
Liquescis in doloribus.

℣. Tuam ipsius animam doloris gladius pertransivit.

℟. Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes

Oratio.

INterveniat pro nobis, quæsumus Domine IESV Christe, nunc, & in hora mortis nostræ, apud tuam clementiam Beata Virgo MARIA Mater tua, cujus sacratissimam animam in hora passionis tuæ, doloris gladius pertransivit, Per te IESV Christe, Salvator mundi, qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis & regnas in sæcula sæculorum.

Amen.

AD

AD TERTIAM.

Filii Amissio.

℣. Domina in adjutorium meum intende.

℟. Domina ad adiuvandũ me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

IN Patris esse rebus
Cum nesciebas filium,
Visa es tribus diebus
Pallere sicut lilium.
Clamans per angiportus;
Fili! replebas æthera:
Dictura plus, obortus
Dolor premebat cetera.

℣. Tuam ipsius animam doloris gladius pertransivit.

℟. Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

Oratio.

INtervenia pro nobis, quæsumus Domine IESV Christe, nunc, & in hora mortis nostræ, apud tuam clementiam Beata Virgo MARIA Ma-

ter

ter tua, cujus ſacratiſsimam animam in hora paſſionis tuæ, doloris gladius pertranſivit. Per te IESV Chriſte, ſalvator mundi, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

AD SEXTAM.

OCCVRSVS CHRISTI BAIVLANTIS CRVCEM.

℣. DOmina in adjutorium meũ intende.

℟. Domina ad adiuvandũ me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

EN fert trabale lignum,
Flagriſque IESV icitur.
O Mater! ecce ſignum,
Cui porrò contradicitur.
Eheu! crucem ferenti
Corpus pluit cruoribus,
Et cor tibi Parenti
Submergitur doloribus.

℣. Tuam ipſius animam doloris gladius pertranſivit.

℟. Ut

℟. Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. *Oratio.*

INterveniat pro nobis, quæsumus Domine IESV Christe, nunc, & in hora mortis nostræ, apud tuam clementiam Beata Virgo Maria Mater tua, cujus sacratissimam animam in hora passionis tuæ doloris gladius pertransivit. Per te IESV Christe, Salvator mundi, qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis & regnas in sæcula sæculorum, Amen

AD NONAM.

ADSTAT MATER CRVCIFIXO FILIO.

℣. DOmina in adjutorium meū intende.

℟. Domina ad adiuvandū me festina.

Gloria Patri, &c. *Hymnus.*

CAlvaria est amoris,
Et est doloris vinea.
Sunt præla vinitoris
Clavi & corona spinea.
Dum fixus est IESVS,
Crucisque calcat torculum.

Amor

Amor dolore læsus
Premit Mariæ corculum.

℣. Tuam ipsius animam doloris gladius pertransivit.

℟. Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

Oratio.

INterveniat pro nobis, quæsumus Domine IESV Christe, nunc, & in hora mortis nostræ, apud tuam clementiam Beata Virgo MARIA Mater tua, cujus sacratissimam animam in hora passionis tuæ, doloris gladius pertransivit. Per te IESV Christe, salvator mundi, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

AD VESPERAS.

DE CRVCE DEPOSITVM FILIVM GREMIO EXCIPIT.

℣. DOmina in adjutorium meum intende.

℟. Domina ad adiuvandū mefestina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

MARIA, quando petra
Sensu doloris scinditur.
Diesque nocte terrâ
Luget, tibi cor fiinditur,
Depôsta membra ligno,
Sed membra cassa lumine,
Foves sinu benigno,
Lavas doloris flumine.

℣. Tuam ipsius animam doloris gladius pertransivit.

℟. Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

Oratio.

INterveniat pro nòbis, quæsumus Domine IESV Christe, nunc, & in hora mortis nostræ, apud tuam clementiam Beata Virgo Maria Mater tua, cujus sacratissimam animam in hora passionis tuæ doloris gladius pertransivit. Per te IESV Christe, Salvator mundi, qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis & regnas in sæcula sæculorum, Amen

AD COMPLETORIVM.

PLANCTVS VIRGINIS AD SEPVLCHRVM.

℣. COnvertat nos, Domina, tuis precibus placatus IESVS Christus Filius tuus.

℟. Et avertat iram ſuam à nobis.

℣. Domina in adjutoriū meūintende.

℟. Domina ad adiuvandū me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

CŪm, Filio ſepulto,
Lapis ſepulchro advoluitur,
Tibi MARIA, multo
Dolore vita ſolvitur.
Sedens ad antra tumbæ,
Mœſto ſuſurro murmuris,
Inſtar gemis columbæ,
Et plangis inſtar turturis.

℣. Tuam ipſius animam doloris gladius pertranſivit.

℟. Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. *Oratio.*

INterveniat pro nobis, quæſumus

Domine IESV Christe, nunc, & in hora mortis nostræ, apud tuam clementiam Beata Virgo MARIA Mater tua, cujus sacratissimam animam in hora passionis tuæ, doloris gladius pertransivit. Per te IESV Christe, Salvator mundi, qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Commendatio.

O Mater! ut dolorum
Per hanc amaritudinem,
Cælestium bonorum
Gustem suavitudinem;
Tecum pati labores,
Tecum mori desidero;
Septem tuos dolores
Dum plango, dum considero;

PLANCTUS B. MARIÆ V.

STAbat Mater dolorosa,
Iuxta crucem lacrymosa,
Dum pendebat Filius.

Cujus

Cujus animam gementem
Contriſtantem, & dolentem,
Pertranſivit gladius.
O quàm triſtis & afflicta,
Fuit illa benedicta
Mater Unigeniti!
Quæ mœrebat, & dolebat,
Et tremebat, cum videbat
Nati pœnas inclyti.
Quis eſt homo, qui non fleret,
Chriſti matrem ſi videret,
In tanto ſupplicio?
Quis non poſſet contriſtari,
Piam matrem contemplari
Dolentem cum Filio?
Pro peccatis ſuæ gentis,
Vidit IESVM in tormentis,
Et flagellis ſubditum.
Vidit ſuum dulcem natum,
Morientem deſolatum,
Dum emiſit ſpiritum.
Eja mater, fons amoris,
Me ſentire vim doloris
Fac, ut tecum lugeam.

Fac, ut ardeat cor meum,
In amando Christum Deum,
Ut sibi complaceam.
Sancta Mater istud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo validè.
Tui nati vulnerati,
Tam dignati pro me pati,
Pœnas mecum divide.
Fac me verè tecum flere,
Crucifixo condolere,
Donec ego vixero.
Iuxta crucem tecum stare,
Te libenter sociare
In Planctu desidero.
Virgo Virginum præclara,
Mihi jam non sis amara,
Fac me tecum plangere.
Fac, ut portem Christ mortem,
Passionis fac consortem,
Et plagas recolere.
Fac me plagis vulnerari,
Cruce hac inebriari,
Ob amorem Filij.

Inflammatus, & accensus,
Per te, Virgo sim defensus
In die Iudicij.
Fac me cruce custodiri,
Morte Christi præmuniri,
Confoveri gratiâ.
Quando corpus morietur,
Fac, ut animæ donetur
Paradisi gloria. Amen.

℣. Tuamipsius animam doloris gladius pertransivit.

℟. Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

Oratio.

INterveniat pro nobis, quæsumus Domine IESV Christe, nunc, & in hora mortis nostræ, apud tuam clementiam Beata Virgo MARIA Mater tua, cujus sacratissimam animam in hora passionis tuæ, doloris gladius pertransivit. Per te IESV Christe, salvator mundi, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

ROSARIUM
SEU COROLLA AD SS. CHRISTI VVLNERA.

Admodum R. P. Vincentij Caraffa. VII. Generalis Soc. IESV.

Continec hac Corona in se quinq; decades, quarum qualibet divisa est in quinque Pater noster, *& quinque* Ave Maria. *In* Pater noster. *considerabis* Dolores Christi: *in* Ave Maria, dolores B. Virginis. *Adhac in quolibet vulnere nova gratia, novúmque beneficium petitur. In vulnere pedis sinistri, remissio peccatorum: in vulnere dextri, acquisitio virtutum, maximè fortitudinis adversus tentationes: in vulnere manus sinistræ, liberatio ab inferno: in dextra adeptio gloriæ: in latere purus amor* IESV *&* MARIAE. *In fine cujuslibet decadis dices:* Sancta Mater, istud agas, Crucifixi fige plagas cordi meo validè. *Amen.*

MO.

MODVS ALIVS RECITANDI CORONAM SACRORVM QVINque Vulnerum Christi IESV.

Ex imagine, & ejusdem argumenti libro R. P. Guilielmi de VVael Soc. IESV.

QVinquies recitanda est Oratio Dominica, in honorem vulneris uniuscujusque, & unica Salutatio Angelica ad unumquodque numisma, ad honorem Matris afflictissimæ Filio condolentis, ut ab eo, quod per sacra illius Vulnera petimus, nobis clementer impetrare dignetur.

I. Itaque hæc legens ad *Vulnus sacrum sinistri Pedis*, pete cum vera pœnitudine misericordem peccatorum suorum condonationem.

II. Ad *dextri Pedis vulnus*, cum vero emendationis proposito, pete gratiã resistendi tentationibus, vitandi peccatorum pericula, & in virtutibus progrediendi.

III. Ad *vulnus ſiniſtræ Manus*, pete ſalutarem timorem, & ab æterna damnatione liberationem.

IV. Ad *vulnus dextræ Manus*, magna cum fiducia pete, ut æternam beatitudinem conſequi poſsis.

V. Ad *vulnus Lateris*, pete, ut in eo tibi habitare liceat, & obtinere ſincerum IESVS ac MARIAE amorem.

VI. Ad tria reliqua grana, in honorem *trium clavorum*: dic tertiò:

Eja Mater iſtud agas,
Crucifixi fige plagas.
Cordi meo valide!

VII. *Ad ſacrum Domini Caput*:

O bone IESV exaudi me,
Intra vulnera tua abſconde me.

VIII. *Ad Crucem*

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.
Sicut erat &c.

SABBATO

Officium Parvum

DE IMMACVLATA CONCEPTIONE B. V. MARIAE.

AD MATVTINVM.

℣. Ela mea labia nunc annunciate.

℟. Laudes & præconia Virginis beatæ.

℣ Domina in adjutoriū meū intende.

℟. Me de manu hostium potenter defende.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

Hymnus.

SAlve mundi Domina,
Cælorum Regina:
Salve Virgo Virginum,
Stella matutina.
Salve plena gratiæ
Clara lux divina:
Mundi in auxilium
Domina festina.

Ab æterno Dominus
Te præordinavit,
Matrem Unigeniti
Verbi, quo creavit
Terram, pontum, æthera:
Te pulchram adornavit
Sibi Sponsam, in qua
Adam non peccavit
℣. Elegit eam DEVS, & præelegit eam.
℟. In tabernaculo suo habitare fecit eam.
℣. Domina exaudi orationem meã.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

SAncta Maria, Regina cælorum, mater Domini nostri IESV Christi, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum despicis: respice me Domina clementer oculo pietatis, & impetra mihi apud tuum dilectum Filium cunctorum veniam peccatorum: ut, qui nunc tuam sanctã Conceptionem devoto affectu recolo, æternæ in futurũ beatitudinis bravium ca-

sapiam, ipso, quem Virgo peperisti, donante Domino nostro IESV Christo, qui cum Patre & sancto Spiritu vivit & regnat in TRINITATE perfecta DEVS, in sæcula sæculorum. Amen.

℣. Domina exaudi orationē meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Domino.
℟. DEO gratias.
℣. Fidelium animæ per misericordiā DEI requiescant in pace. ℟. Amen.

AD PRIMAM.

℣. DOmina in adjutorium meum intende.
℟. Me de manu hostium potenter defende.

Gloria Patri, &c. Alleluia.

Hymnus.

SAlve Virgo sapiens,
Domus DEO dicata,
Columna septemplici.
Mensáque exornata:
Ab omni contagio
Mundi præservata
Antè sancta in utero
Parentis quàm nata.

Tu Mater viventium,
Et Porta es Sanctorum:
Nova Stella Iacob,
Domina Angelorum.
Zabulo terribilis,
Acies castrorum,
Portus & refugium
Sis Christianorum.
℣. Ipse creavit illam in spiritu sancto.
℟. Et effudit illam super omnia opera sua.
℣. Domina exaudi orationẽ meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

SAncta Maria, Regina cælorum, Mater Domini nostri IESV Christi, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum despicis: respice me Domina clementer oculo pietatis, & impetra mihi apud tuum dilectum Filium cunctorum veniã peccatorũ: ut, qui nunc tuam sanctam Conceptionem devoto affectu recolo, æterin futurum beatitudinis bravîum ca-

capiam ipso, quem Virgo peperisti, donante Domino nostro IESV Christo, qui cum Patre & sancto Spiritu vivit & regnat in Trinitate perfecta Deus in sæcula sæculorum. Amen.

℟. Domina exaudi orationẽ meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Benedicamus Domino,

℟. Deo gratias.

℣. Fidelium animæ per misericordiã Dei requiecant in pace. Amen.

AD TERTIAM.

℣. DOmina in adjutorium meum intende.

℟. Me de manu hostium potentem defende.

Gloria Patri, &c. Alleluja.

Hymnus.

SAlve Arca fœderis,
Thronus Salomonis,
Arcus pulcher ætheris,
Rubus visionis:
Virga frondens germinis,
Vellus Gedeonis,

Porta

Porta clausa Numinis,
Favúsque Samsonis.
Decebat tam nobilem
Natum præcavere,
Ab originali
Labe matris Hevæ,
Almam, quam elegerat,
Genitricem verè,
Nulli prorsus sinens
Culpæ subjacere.
℣. Ego in altissimis habito.
℟. Et thronus meus in colúna nubis.
℣. Domina exaudi orationē meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

SAncta MARIA, Regina cælorum, mater Domini nostri IESV Christi, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum despicis; respice me Domina clementer oculo pietatis, & impetra mihi apud tuum dilectum Filium cunctorum veniam peccatorum: ut, qui nunc tuam sanctā Conceptionem devoto affectu recolo, æter-

ternæ in futurum beatitudinis bravîũ capiam, ipſo quem Virgo peperiſti, donante Domino noſtro IESV Chriſto, qui cum Patre & ſancto Spiritu vivit & regnat in TRINITATE perfecta DEVS in ſæcula ſæculorum, Amen.

℣. Domina exaudiorationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benediçamns Domino.
℟. DEO gratias.
℣. Fidelium animæ per miſericordiã DEI requieſcant in pace. ℟. Amen.

AD SEXTAM.

℣. DOmina in adjutorium meum intende.
℟. Me de manu hoſtium potenter de- (fende.
Gloria Patri, &c. Alleluja.

Hymnus.

SAlve Virgo puerpera,
Templum TRINITATIS,
Angelorum gaudium,
Cella puritatis:
Solamen mœrentium,
Hortus voluptatis,

Palmã

Palma patientiæ,
Cedrus caſtitatis.
Terra es benedicta,
Et ſacerdotalis
Sancta, & immunis
Culpæ originalis.
Civitas Altiſsimi,
Porta Orientalis,
In te eſt omnis gratia,
Virgo ſingularis.
℣. Sicut lilium inter ſpinas.
℟. Sic amica mea inter filias Adæ.
℣. Domina exaudi orationem meã.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

SAncta Maria, Regina cælorum, mater Domini noſtri Iesv Chriſti, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum deſpicis: reſpice me Domina clementer oculo pietatis, & in petra mihi apud tuum dilectum Filium cunctorum veniam peccatorum: ut, qui nunc tuam ſanctã Conceptionem devoto affectu recolo, æ-

ternæ

ternæ in futurum beatitudinis bravîũ capiam, ipſo quem Virgo peperiſti, donante Domino noſtro IESV Chriſto, qui cum Patre & ſancto Spiritu vivit & regnat in TRINITATE perfecta DEVS in ſæcula ſæculorum, Amen.

℣. Domina exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Domino.
℟. DEO gratias.
℣. Fidelium animæ per miſericordiã DEI requieſcant in pace. ℟. Amen.

AD NONAM.

℣. DOmina in adiutorium meum intende.
℟. Me de manu hoſtium potenter defende.

Gloria Patri, &c. Alleluja.

Hymnus.

SAlve Urbs refugij,
Turrisque munita.
David propugnaculis
Armisque inſignita.
In Conceptione,
Charitate ignita

Dra-

Draconis poteſtas
Eſt à te contrita.
O mulier fortis,
Et invicta Iudith:
Pulchra Abiſag virgo,
Verum fovens David!
Rachel curatorem
Ægypti geſtavit,
Mundi Salvatorem
MARIA portavit.
℣. Tota pulchra es amica mea.
℟. Et macula originalis nunquam
fuit in te.
℣. Domina exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

SAncta MARIA, Regina cælorum, mater Domini noſtri IESV Chriſti, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum deſpicis; reſpice me Domina clementer oculo pietatis, & impetra mihi apud tuum dilectũ Filium cunctorum veniã peccatorum: ut, qui nunc tuam ſanctam Conce-

ptionem

ptionem devoto affectu recolo, æternæ in futurum beatitudinis bravîum capiam, ipso, quem Virgo peperisti, donante Domino nostro IESV Christo, qui cum Patre & sancto Spiritu vivit & regnat in Trinitate perfecta DEVS in sæcula sæculorum. Amen.

℣. Domina exaudi orationem meam

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Benedicamus Domino.

℟. DEO gratias.

℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

AD VESPERAS.

℣. DOmina in adiutorium meum intende.

℟. Me de manu hostium potenter defende.

Gloria Patri, &c. Alleluja.

Hymnus.

SAlve horologium,
Quo retrò gradiatur
Sol in decem lineis.
Verbum incarnatur,
Homo ut ab inferis
Ad summa attollatur,

Iri-

Immenſus ab Angelis
Paulo minoratur,
Solis hujus radijs
MARIA coruſcat:
Conſurgens aurora
In conceptu micat,
Lilium inter ſpinas,
Quæ ſerpentis conterat
Caput, Pulchra ut Luna
Errantes colluſtrat.

℣. Ego feci in cælis, ut oriretur lumen indeficiens.

℟. Et quaſi nebula texi omnẽ terram.

℣. Domina exaudi orationem meam

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

SAncta MARIA, Regina cælorum, mater Domini noſtri IESV Chriſti, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum deſpicis; reſpice me Domina clementer oculo pietatis, & impetra mihi apud tuum dilectũ Filium cunctorum veniã peccatorum: ut, qui nunc tuam ſanctam Conceptionem

ptionem devoto affectu recolo, æternæ in futurum beatitudinis bravîum capiam, ipso, quem Virgo peperisti, donante Domino nostro IESV Christo, qui cum Patre & sancto Spiritu vivit & regnat in Trinitate perfecta DEVS in sæcula sæculorum. Amen.

℣. Domina exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Domino.
℟. DEO gratias.
℣. Fidelium animæ per misericordiã
Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

AD COMPLETORIUM.

℣. COnvertat nos, Domina, tuis precibus placatus IESVS Christus filius tuus.
℟. Et avertat iram suam à nobis.
℣ Domina in adiutoriũ meũ intende.
℟. Me de manu hostium potenter defende. Gloria Patri, &c. Alleluja.

Hymnus.

SAlve Virgo florens,
Mater illibata:

Regina

Regina clementiæ,
Stellis coronata:
Supra omnes Angelos
Pura, immaculata,
Atque ad Regis dexteram
Stans veste deauratâ.
Per te Mater gratiæ,
Dulcis spes reorum.
Fulgens stella maris,
Portus naufragorum:
Patens cæli janua,
Salus infirmorum,
Videamus Regem
In aula Sanctorum. Amen.

℣. Oleum effusum, Maria nomẽ tuũ:
℟. Servi tui dilexerunt te nimis.
℣. Domina exaudi orationẽ meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

SAncta Maria, Regina cælorum, Mater Domini nostri IESV Christi, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum despicis: respice me Domina clementer oculo pietatis, & impe-

impetra mihi apud tuum dilectum Filium cunctorum veniã peccatorũ: ùt, qui nunc tuam ſanctam Conceptionem devoto affectu recolo, æternæ in futurum beatitudinis bravîum capiam ipſo, quem Virgo peperiſti, donante Domino noſtro IESV Chriſto, qui cum Patre & ſancto Spiritu vivit & regnat in Trinitate perfecta Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

℣. Domina exaudi orationẽ meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Domino,
℟. Deo gratias.
℣. Fidelium animæ per miſericordiã DEI requiecant in pace. Amen.

Commendatio.

SUpplices offerimus.
Tibi, virgo pia,
Has horas canonicas:
Fac, nos ut in via
Ducas curſu proſpero,
Et in agonia

Tu nobis aſsiſte.

O dulcis MARIA.

Amen. DEO gratias.

Antiphona. Hæc eſt virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit.

℣. In conceptione tua, Virgo, immaculata fuiſti.

℟. Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperiſti.

Oratio.

DEVS, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparaſti, quæſumus: ut, ſicut ex morte ejuſdem Filij tui prævisâ, eam ab omni labe præſervaſti, ita nos quoque mundos ejus interceſsione ad te pervenire concedas. Per eundem Dominum noſtrum IESVM Chriſtum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti DEVS, per omnia ſæcula ſæculorum.

Amen.

FOR.

FORMULA VOTIVA

Sodalium B. V. Mariæ, cum proposito tuendi Conceptionem ipsius immaculatam.

SAncta MARIA, mater DEI, & Virgo, SINE LABE CONCEPTA, Ego N. N. te hodie in Dominam, Patronam, & Advocatam eligo; firmiterque statuo, ac propono, me tuam IMMACVLATAM CONCEPTIONEM perpetuò tuiturum: neque vnquam te derelicturum, aut contra te aliquid unquam dicturum, aut facturum; neque permissurum, ut à meis subditis aliquid contra tuum honorem unquam agatur. Obsecro Te igitur, per eandem CONCEPTIONEM tuam IMMACVLATAM, suscipe me in servum perpetuum; adsis mihi in actionibus omnibus meis, nec me deseras in hora mortis meæ,

Amen.

OFFICIVM PARVVM
PRO OMNIBVS FESTIS
B. V. MARIÆ.

AD MATVTINVM.

℣. DOomina labia mea aperies.
℟. Et os meum annunciabit laudem tuam.

℣. DEI Mater, in adjutorium meum intende.
℟. Domina ad adiuvandū mefestina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

A *Septuagesima usq; ad Paschа dicitur:*
Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

OMni die dic MARIAE,
Mea laudes anima
Ejus festa, ejus gesta,
Cole devotissima,
Contemplare, & mirare
Ejus celsitudinem:
Dic felicem genitricem,
Dic beatam virginem.

Ipsam

Ipsam cole, ut de mole
Criminum te liberet:
Hanc appella, ne procella
Vitiorum superet.
Hæc persona nobis dona
Contulit cælestia:
Hæc Regina nos divinâ
Illustravit gratiâ.
Lingua mea, dic trophæa
Virginis puerperæ;
Quæ inflictum maledictum
Miro transfert germine.
Sine fine dic Reginæ
Mundi laudum cantica:
Ejus bona semper sona,
Semper illa prædicá.
Omnes mei sensus ei
Personate gloriam:
Frequentate tam beatæ
Virginis memoriam,
Nullus certè tam disertæ
Extat eloquentiæ,
Qui condignos promathymnos
Ejus excellentiæ

Antiph. Magnificat anima mea Dominum: & exultavit ſpiritus meus in DEO ſalutari meo.

℣. Ora pro nobis ſancta DEI genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oremus.

COncede nos famulos tuos, quæſumus Domine DEVS, perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere, & gloriosâ Beatæ Mariæ ſemper virginis interceſsione, à præſenti liberari triſtitiâ & æternâ perfrui lætitiâ. Per Dominum &c. Amen.

AD PRIMAM.

℣. DEI Mater in adjutorium meum intende.

℟. Domina ad adjuvandũ me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

Hymnus.

OMnes laudent, unde gaudent,
Matrem DEI Virginem:
Nullus fingat, quod attingat
Ejus celſitudinem.

Sed

Sed necesse (quod prodesse
Pijs constat mentibus)
Ut intendam, quòd impendam
Me ipsius laudibus.
Quamvis sciam, quod Mariam
Nemo dignè prædicet;
Tamen vanus & insanus
Est, qui illam reticet,
Cujus vita erudita,
Disciplina cælica,
Argumenta & figmenta
Destruxit hæretica.
Huius mores tanquam flores
Exornant Ecclesiam:
Actiones & sermones,
Miram præstant gratiam,
Evæ crimen nobis limen
Paradisi clauserat:
Hæc dum credit, & obedit,
Cæli claustra reserat.
Propter Evam homo sævam
Accepit sententiam:
Per Mariam habet viam,
Quæ ducit ad Patriam.

Hæc amanda, & laudanda
Cunctis ſpecialiter:
Venerari, & precari
Illam decet jugiter.
Ipſa donet, ut, quod monet
Natus ejus, faciam;
Ut finitâ carnis vitâ
Lætus hunc aſpiciam.

Antiph. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatã me dicent omnes generationes.

℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oremus.

COncede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere, & gloriosâ Beatæ Mariæ ſemper virginis interceſsione, à præſenti liberari triſtitiâ & æternâ perfrui lætitiâ. Per Dominum &c.

Amen.

AD

AD TERTIAM.

℣. DEi Mater, in adjutorium meum intende.

℟. Domina ad adiuvandū me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

Hymnus.

O Cunctarum feminarum
Decus atque gloria!
Quam electam, & evectam
Scimus super omnia:
Clemens audi, tuæ laudi
Quos instantes conspicis:
Munda reos, & fac eos
Donis dignos cælicis.
Virga Iesse, spes oppressæ
Mentis, & refugium:
Decus mundi, lux profundi,
Domini sacrarium:
Vitæ forma, morum norma,
Plenitudo gratiæ:
Dei templum, & exemplum
Totius justitiæ.
Virgo salve, per quam valvæ
Cæli patent miseris:

Quam

Quam non flexit, nec allexit
Fraus ſerpentis veteris.
Generoſa & formoſa
David Regis filia:
Quam elegit Rex, qui regit,
Et creavit omnia.
Gemma decens, Roſa recens,
Caſtitatis lilium:
Caſtum chorum ad polorum
Quæ perducis gaudium.
Actionis & ſermonis
Facultatem tribue,
Ut tuorum meritorum
Laudes promam ſtrenuè.
Opto nimis, ut in primis
Mihi des memoriam,
Quo decenter & frequenter
Cantem tuam gloriam.

Antiph. Fecit mihi magna, qui potens eſt: & ſanctum nomen ejus.

℣. Ora pro nobis ſancta DEI genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. *Oremus.*

CONcede nos famulos tuos, quæ-

ſumus

sumus Domine DEVS, perpetuâ mentis corporis sanitate gaudere: & gloriosâ beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à præsenti liberari tristitiâ, & æternâ perfrui lætitiâ. Per Dominum &c. Amen.

AD SEXTAM.

℣. DEI Mater in adjutorium meum intende.

℟. Domina ad adiuvandũ me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

Hymnus.

QVamvis muta & polluta
Mea sciam labia,
Præsumendum, nec silendum
Est de tua graria,
Virgo gaude, omni laude
Digna & præconio:
Quæ damnatis, libertatis
Facta es occasio,
Semper munda, & fœcunda
Virgo tu puerpera:
Mater alma, velut palma
Florens & fructifera.

Ejus

Ejus flore & decôre
Recreari cupimus,
Cujus fructu nos à luctu
Liberari credimus,
Pulchra tota, ſine nota
CVIVSCVNQVE maculæ,
Fac nos mundos, & jucundos
Te laudare ſedulè.
O Beata, per quam data
Nova mundo gaudia,
Et aperta fide certa
Regna ſunt cæleſtia.
Per te mundus lætabundus
Novo fulget lumine,
Antiquarum tenebrarum
Exutus caligine.
Nunc potentes, ſunt egentes,
Sicut olim dixeras,
Et egeni fiunt pleni,
Ut tu prophetaveras.

Antiph. Miſericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum.

℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Ore-

Oremus.

COncede nos famulos tuos, quæsumꝰ Domine DEVS, perpetuâ mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosâ beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à præsenti liberari tristitiâ, & æternâ perfrui lætitiâ. Per Dominum &c. Amen.

AD NONAM.

℣. DEI Mater in adjutorium meum intende.

℟. Domina ad adjuvandū me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja,

Hymnus.

PEr te morum nunc pravorum
Relinquuntur devia:
Doctrinarum perversarum
Pulsa sunt præstigia.
Mundi luxus atque fluxus
Docuisti spernere:
DEVM quæri, carnem teri,
Vitijs resistere:
Mentis cursum tendi sursum
Pietatis studio,

Corpus

Corpus angi, motus frangi,
Pro cæleſti præmio.
Tu portaſti inter caſti
Ventris clauſtra Dominum,
Redemptorem ad honorem
Nos reformans priſtinum:
Mater facta, ſed intacta
Genuiſti Filium,
Regem Regum, atque rerum
Creatorem omnium.
Benedicta, per quam victa
Hoſtis eſt verſutia:
Deſtitutis ſpe ſalutis
Datur indulgentia.
Benedictus Rex invictus,
Cujus mater crederis.
Increatus ex te natus,
Noſtri ſalus generis.
Reparatrix, conſolatrix
Deſperantis animæ,
A preſſura, quæ ventura
Malis eſt, nos redime,
Pro me pete, ut quiete
Sempiternâ perfruar;

Ne

Ne tormentis comburentis
Stagni miser obruar.

Antiph. Fecit potentiam in brachio suo : dispersit superbos mente cordis sui.

℣. Ora pro nobis sanctaDei genitrix.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

CÓncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere, & gloriosâ Beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à præsenti liberari tristitiâ & æternâ perfrui lætitiâ. Per Dominum &c. Amen.

AD VESPERAS.

℣. DEi Mater in adjutorium meum intende.
℟. Domina ad adjuvandū me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

Hymnus.

QUod requiro, quod suspiro,
Mea sana vulnera:

Et da menti, te poscenti,
Gratiarum munera:
Ut sim castus, & modestus,
Dulcis, blandus, sobrius,
Pius, rectus, circumspectus,
Simultatis nescius:
Eruditus, & munitus
Divînis eloquijs,
Timoratus, & ornatus
Sacris exercitijs:
Constans, gravis, & suavis,
Benignus, amabilis,
Simplex, purus, & maturus,
Patiens, & humilis.
Corde prudens, ore studens
Veritatem dicere,
Malum nolens, Deum colens
Pio semper opere.
Esto tutrix, & adjutrix
Christiani populi,
Pacem præsta, ne molesta
Nos perturbent sæculi.
Salutaris stella maris,
Summis digna laudibus,

Quæ

Quæ præcellis cunctis stellis,
Atque luminaribus
Tuâ dulci prece fulci
Supplices, & refove:
Quidquid gravat, vel depravat
Mentes nostras, remove.

Antiph. Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.

℣. Ora pro nobis sancta DEI genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. *Oremus.*

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine DEUS, perpetuâ mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosâ beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à præsenti liberari tristitiâ & æternâ perfrui lætitiâ. Per Dominum &c. Amen.

AD COMPLETORIUM.

℣. COnvertat nos, Domina, tuis precibus DEUS salutaris noster.

℟. Et avertat iram suam à nobis.

℣. DEI Mater, in adjutorium meum intende.

℟. Domina ad adiuvandū me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluja.

Hymnus.

VIrgo gaude, quod de fraude
Dæmonum nos liberas.
Dum in vera & sincera
Carne DEVM generas.
Illibata, & dotata
Cælesti progenie,
Gravidata, nec fraudata
Flore pudicitiæ:
Nam quod eras, perseveras,
Dum intacta generas;
Illum tractans, atque lactans,
Per quem facta fueras.
Commendare me dignare
Christo tuo filio,
Ut non cadam, sed evadam
De mundi naufragio.
Fac me mitem, pelle litem,
Compesce lasciviam:
Contra crimen da munimen,
Et mentis constantiam.
Non me liget, nec fatiget
Sæculi cupiditas,

Qui

Quæ indurat, & obscurat
Mentes sibi subditas.
Nunquam ira, nunquam dira
Me vincat elatio,
Quæ multorum sit malorum
Frequenter occasio:
Ora DEVM, ut cor meum
Suâ servet gratiâ;
Ne antiquus inimicus
Seminet zizania.
Da levamen, & juvamen
Tuum illis jugiter,
Tua festa sive gesta
Qui colunt alacriter.

Antiph. Esurientes implevit bonis, & divites dimisit inanes.

℣. Ora pro nobis sancta DEI genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine DEVS, perpetuâ mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosâ beatæ Mariæ semper virginis

ginis interceſsione à præſenti liberari triſtitiâ, & æternâ perfrui lætitiâ. Per Dominum &c. Amen.

Commendatio.

O MARIA, Virgo pia,
MATER ADMIRABILIS!
Per te, DEVS Iudex meus
Mihi ſit placabilis.
O benigna; verè digna
Multis amaroribus;
In agone fer coronæ
Præmium victoribus.

ROSARIVM,
VITÆ CHRISTI.
DECAS I.
VIRGINALIA MATRIS.

1. Qui te ab æterno prælegit.
2. qui te à peccato originali præſervavit.
3. qui te omni virtute ornavit.
4. qui te ſibi matrem deſtinavit.
5. Cui trimula es præſentata.
6. Cui à te caſtitas voto nuncupata.

Mysteria.

7. A quo

Iuvabit. 7. A quo Ioſepho es deſponſata.
8. Quem tibi Gabriel nunciavit.
9. Qui tecum cognatam viſitavit.
10. Quiloſepho te purã probavit

Pater noſter, ad SS. Chriſti pedes.

DEcies millies te benedicant, Virgo Mater glorioſa Maria, omnes Angeli & Archangeli, univerſique cœlitis Spiritus: cum quibus ſperamus te aliquando videre, coleréq; in cælo. Amen.

DECAS II.

INFANTIA CHRISTI.

Iuvabit. 1. Quem intacta virgo genuiſti.
2. Quẽ ſupplex infantẽ adoraſti.
3. Quem lacte virgineo nutriſti.
4. Qui paſtoribus annunciatus.
5. Qui octavo die circumciſus.
6. Qui à Magis donis honoratus.
7. Qui à te in templo præſentat⁹.
8. Quocũ in Ægyptũ profugiſti.
9. Quẽ mœrens in templo inveniſti.
10. Cui tota vita inſerviſti.

Pater noſter, ad veneranda Chriſti geſta.

VIcies millies te benedicant, Virgo Mater gloriosa Maria, omnes SS. Patriarchæ & Prophetæ, sancti Innocentes, S. Ioannes Baptista, omnes Sancti antiqui Testamenti: cum quibus speramus te aliquando videre, coleréque in cælo, Amen.

Decas III.

Vita et actiones Christi.

IESUS.

1. Qui à Ioanne est baptizatus.
2. Qui in deserto fuit tentatus.
3. Qui pauperibus concionatus.
4. Qui cum peccatoribus conversatus.
5. Qui Iudæorum sannis vexatus
6. Qui in monte clarificatus.
7. Qui fame & siti fatigatus.
8. Qui stupenda signa operatus.
9. Qui videns urbem est lachrymatus.
10. Qui cum palmis Rex est salutatus.

Pater noster. Ad dulciss. Cor Christi.

TRicies millies te benedicant, Virgo Mater gloriosa Maria, omnes SS. Apo-

SS Apostoli, Discipuli Domini, Evangelistæ, omnes gloriosi Martyres: cum quibus speramus te aliquando videre, coleréque in cælo. Amen.

Decas IV.

Passio Christi.

In quas. {
1. Qui passurus tibi valedixit.
2. Qui legalẽ cœnã manducavit.
3 Qui Discipulorum pedes lavit.
4. Qui nobis Sacramenta legavit.
5. Qui oliveti hortum intravit.
6. Qui ter orans sanguinem sudavit.
7. Qui ab Angelo est confortat⁹.
8. Qui à Iuda proditus, & ligatus.
9 Qui ad Annã furiosè raptatus.
10 Qui tota nocte ludificatus.

Pater noster, Ad SS. Christi manus & brachia.

Quadragies millies te benedicant, Virgo Mater gloriosa Maria, omnes SS. Confessores, Episcopi, Doctores, Monachi, Eremitæ, Virgines, Vidui, Conjugati, cum quibus speramus

eamus te aliquando videre, soleréq; in cælo. Amen.

DECAS V.

MORS ET SEPVLTVRA CHRISTI.

Iesus.
1. Qui coram Pilato accusatus.
2. qui dirè flagellis lacerátus.
3. qui spinis horrendũ coronatus
4. qui clamanti turbæ præsentatus.
5. qui innocens morte condemnatus.
6. qui trabali cruce oneratus.
7. qui in monte nudus est prostratus.
8. qui in cruce morte consummatus.
9. qui à te sub cruce deploratus.
10. qui refixus, unctus, tumulatus.

Pater noster, ad SS. Christi Capus & Coronam.

QUinquagies millies te benedicãt. Virgo Mater gloriosa Maria, S. Anna Mater tua, S. Maria Magdalena, omnesque cognatæ tuæ: cum

quibus speramus te aliquando videre, coleréque in cælo. Amen.

Decas VI.

Resvrrectio et Gloria Christi.

Iesvs.

1. Qui mortem triumphans resurrexit.
2. qui suos lætus rursus aspexit
3. qui in cælum victor elevatus.
4. qui te Spiritu sancto solatus.
5. qui per suos mundo prædicatus.
6. qui te sæpe visere dignatus.
7. qui te in morte est confuratus.
8. qui te in cælum est comitatus.
9. qui te coronatã amplexatus.
10. qui judex vẽturus designatus

Pater noster, ad Christi SS. Sanguinẽ.

Centies millies te benedicant, Virgo Mater gtoriosa Maria, omnes SS. Cives cælestes: cum quibus speramus te aliquando videre, coleréque in cælo. Amen.

Ad tria Ave Maria.

Primo, vel ultimo loco dicenda.

IESVS.
1. Qui nobis augeat fidem rectã.
2. Qui nobis augeat ſpem firmã.
3. Qui nobis augeat charitatem perpetuam.

ROSARIVM VITÆ B. V. MARIÆ.

DECAS I.

POſt illa verba: Ave Maria, *vel poſt illa*, Sancta Maria, Mater DEI, *dic ad ſalutationem*

Ave Maria.
1. Quæ ab æterno prædeſtinata fuiſti.
2. Quæ ab æterno præelecta fuiſti in filiam DEI Patris.
3. Quæ ab æterno præelecta fuiſti in Matrem Filij DEI.
4. Quæ ab æterno præelecta fuiſti in Sponſam Spiritûs ſancti.
5. Quæ ab omni Peccatorum macula præſervata fuiſti.
6. Quæ Virtutum omniũ ſplendore condecorata fuiſti.
7. Quæ promiſſa, & exſpectata fuiſti ab initio ſæculorum.

8. Quæ

Ave Maria.

8. Quæ præfigurata fuisti in veteri testamento.
9. Quæ Regina Cælorum, & totius mundi Domina ab æterno destinata fuisti.
10. Quæ Patrona totius generis humani ab æterno constituta fuisti.

Pater noster. Ad honorem ejus Immunitatis ab omni culpa.

DEcies millies benedicta sit sanctissima Virgo Maria, Mater admirabilis, Consolatrix afflictorũ, Regina Sanctorum omnium: laudabilis, & glorioſa, & superexaltata in sæcula.

DECAS II.

Ave Maria.

1. Quæ à Matre sterili sine peccato originali concepta fuisti.
2. Quæ ad orbis decus, & totius mundi ornamentum & solatium nata fuisti.
3. Quæ dulcissimo Mariæ nomine decimo quinto die à natali insignita fuisti.

4. Quæ in templo trimula Deo oblata & præsentata fuisti.
5. Quæ in templo educata Angelicam vitam egisti usque ad XIV. ætatis annum.
6. Quæ votum Virginitatis prima intermortales Deo obtulisti.
7. Quæ S. Ioſepho fidelissimo, & castissimo Sponso tuo desponsata fuisti.
8. Quæ ab Angelo Gabriele salutata, à Spiritu sancto obumbrata, & Verbo incarnato gravida facta fuisti.
9. Quæ Elisabetham cognatam per montana abiens, comitante Ioſepho, visitasti.
10. Quę sponso tuo Ioſepho pœ gravem tentationē divini arcani conscio per Angelum fãcto, innocens revelata fuisti.

Ave Maria.

Pater noster. Ad honorem ejus profundissimæ Humilitatis.

VIcies millies benedicta sit sanctis-

sima

sima Virgo Maria, Mater admirabilis, Consolatrix afflictorum, Regina Sanctorum omnium: laudabilis, & gloriosa, & superexaltata in sæcula.

Decas III.

Ave Maria.

1. Quæ divinum Filij tui partum cum ardentissimo desiderio exspectasti,
2. quæ à Nazareth in Bethlehem profecta ab omnibus diversorijs exclusa fuisti.
3. quæ stabulum divini partus ortu nobilitandum reverenter ingressa fuisti.
4. quæ Filium tuum unigenitum, illæsa virginitate, sine dolore peperisti.
5. quæ Filium tuum in fœno jacentem adorasti.
6. quæ Filium tuũ inter oscula, & amplexus devotissimè fovisti.
7. quæ Filium tuum virgineo lacte dulcissimè nutrivisti.
8. quæ Filium tuum pannis involu-

Ave Maria.

volutum pijs Pastoribus ostendisti.

9. Quæ Filio tuo in Circumcisione dulcissimum nomen IESV cum singulari veneratione imposuisti.

10. Quæ Filium tuum 3. Regibus adorandum præbuisti.

Pater noster. Ad honorem ejus purissimæ Virginitatis.

TRicies millies benedicta sit sanctissima Virgo Maria, Mater admirabilis, Consolatrix afflictorū, Regina Sanctorum omniū: laudabilis, & gloriosa, & superexaltata in sæcula.

DECAS IV.

Ave Maria.

1. Quæ Purificationis legalis ritu Templum ingressa Filium tuum DEO obtulisti.

2. Quæ cum Filio & Sponso ob imminentem innocentibus cædem in Ægyptum fugisti.

3. Quæ defuncto Herode ex Ægypto in Palæstinā revertisti.

4. Quæ

4. Quæ in Nazareth habitans divino Filij tui contubernio suavissimè fruebaris.
5. Quæ amissum Filium duodennem cum dolore quæsivisti, & post triduum in templo cum gaudio reperisti.
6. Quæ Filium tuum tibi & Sponso tuo obedientissimè subditum habuisti.
7. Quæ Filio tuo triginta annis fidelissimè inservisti, & verè officium ancillæ Domini exercuisti.
8. Quæ fidelissimo Sponso tuo Iosepho morienti unà cũ Filio tuo consolabunda adstitisti.
9. Quæ primum miraculum in Canæ nuptijs, aquâ in vinum mutatâ, à Filio tuo impetrâsti,
10. Quæ Filium tuũ per trienniũ Apostolicis laboribus occupatum secuta, ejus miraculis, & divinis Concionibus interfuisti.

Pa-

Ave Maria.

Pater noster. Ad honorem ejus devotissimæ Pietatis in cultu DEI.

QVadragies millies benedicta sit sanctissima Virgo Maria, Mater admirabilis, Consolatrix afflictorū, Regina Sanctorum omniū: laudabilis, & gloriosa, & superexaltata in sæcula.

DECAS V.

Ave Maria.

1. Quæ Filio tuo dilectissimo ad ultimam cum Apostolis cœnam abituro, & se ad Passionem ac mortem oblaturo mœsta valedixisti.
2. Quæ per internuncios de Filij tui comprehensione, accusatione, flagellatione, coronatione, & condemnatione ad mortem certior facta fuisti.
3. Quæ Filio tuo crucem bajulanti, & ad montem Calvariæ enitenti occurristi.
4. Quæ crudeles malleorū ictus, quib⁹ Filius tuus Cruci affigebatur, cum dolore audivisti.

5. Quæ

5. Quæ Filium tuũ, erecta in altum Cruce, pendentẽ aſpexiſti.
6. Quæ Ioannem tibi à Filio tuo commendatum, & in eo nos omnes in filios acceptaſti.
7. Quæ Filium Dei, tummque, in cruce iñocentiſsimè morientem amariſsimè deploraſti.
8. Quæ Filio tuo jam mortuo lanceâ latus aperiri vidiſti.
9. Quæ Filium tuum de cruce depoſitum materno gremio dolenter excepiſti.
10. Quæ Filium tuum in horto tumulaſti, ac poſtea in mœſtam cubiculi ſolitudinem te abdidiſti.

Ave Maria.

Pater noſter. Ad honorem ejus heroicæ Fortitudinis, & invictiſsimæ Patientiæ.

QVinquagies millies benedicta ſit ſanctiſsima Virgo Maria, Mater admirabilis, Conſolatrix afflictorum, Regina Sanctorum omnium: laud-

laudabilis, & gloriosa, & superexaltata in sæcula.

Decas VI.

Ave Maria.

1. Quæ Filij tui vivi apparitione prima post resurrectionem exhilarata fuisti.
2. Quæ Filium tuũ in cælos gloriosè ascendentem spectâsti.
3. Quæ Spiritũ Sanctũ cum Apostolis in specie ignis accepisti.
4. Quæ Filij tui cruentam mortem incruento sacrificio in Apostolorum Missis recoluisti.
5. Quæ Filium tuum frequenter in pane Eucharistico; manibus præsertim Ioannis, ad materna viscera reposuisti.
6. Quæ solicitam de fidei propagatione, & infidelium conversione curam habuisti.
7. Quæ sub finem vitæ ad filium suspirasti, atq; dissolvi, & esse cum Christo Filio tuo, ardentissimè desiderâsti.

8. Quæ

Ave Maria.

8. Quæ amore languens ſuaviſſime in mortis ſomnum obdormiviſti.
9. Quæ exequijs celeberrimis, Apoſtolorum humeris ad ſepulchrum elata fuiſti.
10. Quæ è tumulo excitata, corpore & animo glorioſa in cælum aſſumpta fuiſti.

Pater noſter. Ad honorem ejus perfectiſsimi Amoris in DEVM.

CEnties millies benedicta ſit ſanctiſsima Virgo Maria, Mater admirabilis, Conſolatrix afflictorum, Regina Sanctorum omnium: laudabilis, & glorioſa, & ſuperexaltata in ſæcula.

AD TRIA AVE MARIA.

Primo, vel ultimo loco dicenda.

Ave Maria

1. Quæ coronam ſupremæ in creata omnia Poteſtatis à DEO Patre accepiſti.
2. Quæ coronam Sapientiæ, & mira[illegible] in mente illuminatio-

nes

Ave Maria. nes à DEO Filio accepisti.
3. Quæ coronam Bonitatis, & Clementiæ à Spiritu Sancto accepisti.

Pater noster. Ad honorem ejus summæ Liberalitatis.

CREDO. Ád postulándam à DEO amplificationem Ecclesiæ, propagationem Fidei, extirpationē hæresum, conversionem Infidelium, sanctificationem nominis IESV, & MARIAE, & potissimùm singularem devotionem erga Immaculatam Conceptionem inter omnes Christi fideles.

INfinities millies benedicta sit sanctissima Virgo Maria, Mater admirabilis, Consolatrix afflictorū, Regina Sanctorum omnium: laudabilis, & gloriosa, & superexaltata in sæcula.

COROLLA B. V. MARIÆ,

ob memoriam duodecim Virginis privilegiorum.

CONstat *duodecim salutationibus Angelicis, tu repetita Orationis*

Do-

Dominica in honorem trium divinarũ Personarum, à quibus Virgo sanctissima præ cæteris donata est duodecim illis privilegijs, quæ per duodecim Stellas, quibus redimitur Caput Mulieris amictæ sole, Apocalyp. 12. *significantur, Illis ponuntur autem in hunc modum, ut ante quemlibet quaternarium Salutationum Angelicarum premittatur oratio Dominica: quarum Prima in honorem Patris æterni: Secunda in honorẽ Filij: Tertia in honorem Spiritus sancti recitetur. Partim ex Sancto Bernardo* serm. super Signum magnum: *partim ex Throno Deiparæ P. Petri Antonij Spinelli Neapol. è Societate Iesu. c. 30. n. 15.*

1. Paternoster. in honorem Patris æterni.

Ave Maria.

1. Cui in sacratissima conceptione copiosissima gratia collata.
2. Quæ ab Angelo salutata.
3. Quæ Spiritu S. obumbrata.
4. Concipiens Filium Dei.

II. Pa-

II. Pater noster in honorem Filij Dei.

Ave Maria.
1. Virgo sine macula, & virginitatis primiceria.
2. Sine corruptione fœcunda.
3. Sine gravamine gravida.
4. Sine dolore puerpera.

III. Pater noster. In honorem Spiritus sancti.

Ave Maria.
1. Magnanimitate fidei in credendo ornata.
2. Profundâ humilitate in obediendo prædita.
3. Maxima verbi discretione in loquendo instructa.
4. Cui summa perfectio, & perseverantia operis in agendo collata.

ALIA SERIES PRIVILEGIORVM B. V. MARIAE.

Quæ eodem modo recoli possunt ad illa verba Ave Maria in hac Corolla, ex eodem P. Spinello.

1. Ave Maria. Ab æterno prædestinata, ac in matrem Dei singulariter electa.

2. In

2. Immaculata Conceptione ab originali labe præſervata.
3. Magnâ gratiæ plenitudine in Conceptione imbuta.
4. Trimula in templo præſentata
5. Ab Angelo ſalutata ſuperveniente Spiritu ſancto Filium Dei concipiens.
6. Virginitate illæsâ Filium Dei pariens ſine dolore, eum lactans, educans, in templo præſentans: Duodennem quærens, in templo inveniens, quę Filiũ Dei perpetuò comitãta.
7. Virgo perpetua Ante, In, & Poſt partum, virginumque Primiceriã.
8. Martyr Cordis, qnando doloris gladius, cùm morienti Filio adſtares, tuam ipſius animam pertranſivit.
9. Summum habens gaudium in Chriſti Reſurrectione, Aſcenſione, Adventu Spiritus ſancti.

Ave Mãriã.

Ave Maria.

10. Admirabiliter cum corpore & anima in cælum assumpta & supercomnes Angelorum &, Sanctorum choros exaltata.

11. Regina Angelorum, & Sanctorum omnium Domina.

12. Advocata nostra, Mater misericordiæ, & Mater cunctorum viventium.

Ad finem Corollæ recitari poterit. Salve Regina, *vel hæc sequens:*

Antiph. Sancta MARIA succurre miseris, juva pusillanimes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamē. quicunque celebrant tuam sanctam commemorationem.

℣. Ora pro nobis sancta DEI genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine DEVS, perpetuâ

mentis & corporis ſanitate gaudere: & gloriosâ beatæ Mariæ ſemper virginis interceſsione, à præſenti liberari triſtitiâ, & æternâ perfrui lætitiâ. Per Dominum &c. Amen.

Nos cum prole pia benedicat Virgo MARIA.

Fidelium animæ per miſericordiã DEI requieſcant in pace. Amen.

Quam gratum hoc genus pietatis ſit B. V. Mariæ, vide Pædagogum Chriſtianum P. Philippi Duoltreman parte 2. c. 25. §. 4.

Hortulum Marianum P. Franciſci de la Croix. Areola 1. c. 8

MODVS SINE DISTRACTIONE ANIMI ORANDI ROSARIVM B. V. M.

DEO, Deiparæque Virgini devote LECTOR.

QVis eſt, qui non ſæpe quæratur, animum ſuum inter orandum, ad alia diſtrahi, & nonnunquam longiſſimè peregrinari?

vegrinari? Hem tibi. Lector, artem minimè pœnitendam, quà possis integrum Rosarium percurrere, & suavissimè mentem in officio continere.

DECAS I.

1. AVe Maria, gratiâ plena Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui IESVS; Qui te in matrem sibi elegit; Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, & ut nos te habeamus matrem gratiæ, & misericordiæ, digníque efficiamur, quos filius tuus, ut fratres jubeat in electorum suorum grege numerari, nunc & in hora mortis nostræ. Amen.

2. IESVS; Qui te ab initio & ante sæcula prædestinavit. Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut nostra quoque nomina beatæ prædestinationis liber adscripta retineat in cælo, nunc, & in hora mortis nostræ. Amen.

3. IE-

3. Iesvs; Qui te ab omni peccati macula intactam præservavit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos ope divinæ misericordiæ adjuti, & ab omni peccato simus semper liberi, nunc, & in hora mortis nostræ. Amen.

4. Iesvs, Qui te omnibus virtutibus condecoravit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos omnium virtutum varietate circumdati filio tuo placere possimus, nunc, & in hora &c.

5. Iesvs; Cui trimula præsentata fuisti. Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos eidem filio tuo in templo gloriæ præsentari mereamur, nunc, & in hora &c.

6. Iesvs; Cui prima Virginitatem vovisti. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos Deo omnis puritatis fonti casto corpore serviamus, & mundo corde placeamus, nunc, & in hora &c.

7. IESVS; Cujus beneficio Beato Iosepho desponsata fuisti. Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & anima nostra virtutibus sanctis ornata, possit fieri sponsa Spiritus sancti, nunc, & in hora &c.

8. IESVS; Quem virtute Spiritûs sancti Virgo inviolata concepisti, & novem mensibus in utero portasti Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos superveniente Spiritu sancto: multa bona animo concipere, & ad maturitatem perducere possimus, nunc, & in hora &c.

9. IESVS: Quocum Beatam Elisabetham visitasti. Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos à tuo Filio visitati, & omnibus cælestibus donis repleti, exultare in gaudio possimus, nunc, &c.

10. IESVS; Qui B. Iosephum gravi tentatione per Angelum liberavit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut idem Filius

tuus

cujus etiam nobis in tentationibus angelum consolatorem mittere, & ne succumbamus, & adjuvare dignetur, nunc, & in hora &c.

Pater noster. In honorem sanctissimorum pedum Christi.

DECAS II. NATIVITAS ET INFANTIA CHRISTI.

1. IESVS: Quem Virgo inviolata in stabulo genuisti. Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos, quæ concepimus bona, cum humilitate, In Ecclesia Dei pariere, atq; in lucem proferre possimus nunc, & in hora mortis nostræ. Amẽ.

2. IESVS: Quem inter ulnas & sacra oscula devotissimè adorasti. Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos eidem tuo Filio semper debitum adorationis cultum exhibere, & casti amoris osculũ imprimere sæpissime possimus, nunc & in hora mortis nostræ. Amen.

3. IESVS: Quem lacte virgineo fovisti

foviſti & nutriſti. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos, quaſi modo geniti infantes lacte cæleſtis conſolationis in omni tribulatione noſtra foveri & nutriri mereamur, nunc, & in hora &c.

4. IESUS; Qui à paſtoribus populo fuit annunciatus. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos paſtorũ ſanctâ humilitate inſtructi digniſimus, qui laudem Filij tui toti mundo annuncie-
mus, nunc, & in hora &c.

5. IESVS: Qui cum dolore fuit circumciſus. Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos omnem pravitatem cordis ac reliquorum membrorum recidere, & amputare cultro mortificationis poſſimus, nunc & in hora &c.

6. IESUS: Qui à Magis fuit muneribus reverenter donatus, & adoratus. Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos Filio

tuo aurum charitatis, thus devotæ orationis, myrrhã patientiæ & mortificationis offerre posſimus, nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.

7. IESVS; Quem in templo DEO devotè præſentâſti. Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos omnia bona noſtra ad Deum autorem referre, & illi maturè conſecrare poſsimus, nunc, &c.

8. IESVS; Quo cum in Ægyptum fugiſti. Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos de manu inimicorum noſtrorum liberari & infernalis Herodis inſidias effugere poſsimus, nunc, & in hora &c.

9. IESVS; Quem amiſſum in templo cum gaudio inveniſti. Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos, quando Filium tuũ tempore deſolationis amiſimus, eundem læti iterum invenire poſsimus, nunc, & in hora &c.

10. IESVS; Cui triginta annis fideliſsi-

delissimè ministrasti. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos eidem filio in sanctitate & justitia omnibus diebus vitæ nostræ serviamus, nunc, & in hora &c. Pater noster. In honorem sanctissimorum genuum Christi.

DECAS III. PRÆDICATIO ET MIRACVLA CHRISTI.

1. IESVS; Quem Ioannes in Iordane baptizavit, Sancta Maria, mater Dei; ora pro nobis peccatoribus, ut & nos pro baptismo susceptо, DEO grati, fructus dignos pœnitentiæ faciamus nunc, & in hora &c.

2. IESVS; Qui diabolum tentatorem in deserto gloriosè superavit. Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus; ut nihil quoq; proficiat inimicus in nobis, & filius iniquitatis non apponat nocere nobis, nunc, & in hora &c.

3. IESVS; Qui pauperibus Evangelium annunciavit. Sancta Maria, ma-

cer Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos tam verbis, quàm operibus Catholicam veram fidem, qualibet datâ occasione fortiter propagare & promovere studeamus, nunc, & in hora mortis nostræ. Amen.

4. Iesvs; Qui peccatores in gratiã recipit. Sancta Maria, mater Dei, orà pro nobis peccatoribus, ut & nos omnibus, à quibus offensi sumus, libenter injuriam condonare &, ignoscere velimus, nunc, & in hora &c.

5. Iesvs; Qui famem & sitim, frigus & æstum toleravit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos filij tui causâ omnia dura & aspera corporis incommoda libenter perferre cupiamus, nunc, &c.

6. Iesvs; Qui contumelias & ignominiam sæpe passus fuit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos pro Deo etiam honoris nostri jacturam facere, cùm id postulat necessitas, non recusemus, nunc, &c.

7. Ie.

7. IESVS: Qui noctes integras in oratione consumpsit. Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos tempus orationi debitum impendere cum magna cura & reverentia studeamus, &c.

8. IESVS: Qui signa & prodigia in confirmatione fidei operatus fuit, Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos tot miraculis in vera fide confirmati nunquã vacillemus, sed constantes permaneamus, nunc & in hora &c.

9. IESVS: Qui super Ierusalem lachrimatus fuit. Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos ob peccata nostra, & plurima imminentia mala lachrymas sępe profundamus, nunc, & in hora &c.

10. IESVS: Qui paulò ante passionem suã cum palmis gloriosè Rex saluratus fuit. Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos discamus, nihil fidere hujus mun-

mundi dignitatibus & honoribus, ſed eorum inconſtantiam ſedulò conſideremus, nunc, & in hora &c.

Pater noſter. In honorem dulciſſimi Cordis Chriſti.

DECAS IV. PASSIO ET CONTEMPTIO CHRISTI.

1. IESVS; Qui paſſurus benedictionem ſuam tibi impertivit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos benedictionibus ſuæ dulcedinis tuus filius repleāt, & ad omnia ādverſa toleranda faciat agiles & promptos, nunc, &c.

2. IESVS; Qui cum diſcipulis ad implendam legem pāſcha manducavit. Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut nobis cordi ſit, divinæ Legi in omnibus ſatisfacere, & noſtræ curæ commiſſos ad idem faciendum ducere ac inſtigare, nunc, & in hora &c.

3. IESVS; Qu diſcipulorum pedes in exemplum humilitatis lavit:

Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos non modò tantæ humilitatis exemplum promptè sequamur, sed etiam in abluendis levioribus peccatorum maculis diligentiores simus, nunc, &c.

4. IESVS; Qui SS. Eucharistiæ Sacramentum instituit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos ad istam sacram mensam sæpius digni accedere, magnúmque inde fructum percipere mereamur, nunc, & in hora. &c.

5. IESVS: Qui tristis in hortum ad orandum exivit. Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos in tristitia nostra ad DEVM & orationem confugere, & in DEI voluntate per omnia conquiescere velimus, nunc, & in hora &c.

6. IESVS; Cui inter orandum ex omnibus membris sanguineus sudor defluxit. Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos

intelligamus: regnum cælorum vitæ pati, & violentos rapere illud: nullúmque membrum esse, quod non pœnitentiam agere debeat, quando omnia peccarunt, nunc, &c.

7. Iesvs; Qui ab Angelo consolationẽ accepit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos Devs nunquam deserat in adversis: sed si mala à nobis tollere non velit, saltem robur addat, ut perferre possimus, nunc, & in hora &c.

8. Iesvs: Qui à Iuda osculo traditus fuit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut ab omni vitio ingratitudinis, falsæque simulationis adversus benefactores nos Devs custodiat, nunc, &c.

9. Iesvs; Qui captus, ligatus, ad Annam & Caipham ductus fuit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut nos, nec verberum, nec vinculorum pudeat, si ad majorem Dei gloriam cedant, nunc, &c.

10 IESVS: Qui totâ nocte irrisus & illusus fuit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut nos omnes irrisiones, illusiones, & subsannationes pro Filij tui nomine patienter ferre possimus, nunc, &c. Pater noster. In honorẽ sanctissimorum brachiorum & manuum Christi.

DECAS V. CONDEMNATIO, MORS ET SEPVLTVRA CHRISTI.

1. IESVS: Qui coram Pilato & Herode falsò accusatus fuit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos pro DEO de falsis criminibus accusari, propriæ innocentiæ conscij, non metuamus, nunc, &c.

2. IESVS; Qui toto corpore crudeliter flagellis cæsus fuit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nostra viscera charitatis erga Filio aperiamus, qui sua viscera nobis flagris deregi tantâ patientiâ sustinuit, nunc, & in hora &c.

3. IESVS; Qui coronâ spinea co-

ronatus

ronatus fuit. Sancta Maria, mater Dei; ora pro nobis peccatoribus, ut & nos non solùm à vano ornatu capitis, sed etiam à nimis molli tractatione reliqui corporis abstineamus, nunc, &c.

4. Iesvs; Qui in purpurea veste populo ostensus fuit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus; ut & nos purpurâ charitatis induti, angelis ac sanctis in cælo ostendi mereamur, nunc, & in hora &c.

5. Iesvs; Qui mortis sententiâ condemnatus fuit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ne in nos feratur æternæ mortis sententia cum maledictis, nunc, &c.

6. Iesvs: Qui cruce trabali oneratus fuit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos quotidie tollamus crucem nostram & sequamur magnis passibus filium tuum, nunc, & in hora &c.

7. Iesvs; Qui in cruce crudeliter affixus fuit. Sancta Maria, mater

Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nobis sit mundus crucifixus, & nos mundo, nunc, &c.

8. Iesvs; Qui in cruce innocentissimè mortuus fuit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos pro eo mori non pigeat, quos in cruce illius gloriari delectat, nunc, & in hora &c.

9. Iesvs; Qui sub cruce deplorarus fuit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut oculis nostris nunquam desint lachrimæ ad deflenda peccata, nostra, propter quę filius tuus fuit crucifixus, nunc, &c.

10. Iesvs: Qui de cruce depositus, unctus, & in novo sepulchro tumulatus fuit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & corda nostra mereantur effici sepulchra munda & nova, in quibus sanctissimum corpus Christi unguento devotionis inunctum possit recondi, & vigili custodiâ sensuum muniri,

nunc,

nunc, & in hora mortis noſtræ. Amē. Pater noſter. In honorem ſanctiſſimi Capitis Chriſti.

DECAS VI. RESVRRECTIO ET GLORIA CHRISTI.

1. IESVS; Qui lætus à morte reſurrexit. Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos à morte peccatorum reſurgentes, quæ ſurſum ſunt, quæramus, quæ ſurſum ſunt, ſapiamus, non quæ ſuper terrā, nunc, & in hora mortis noſtræ, Amē.

2. IESVS; Qui ſuos triſtes varijs apparitionibus erexit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus; ut & nos intelligamus eſſe tempus triſtitiæ, & tempus lætitiæ: neque illa eſſe tam denſa nubila tentationum, quin ſol conſolationis reſplendeſcere poſsit, nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.

3. IESVS; Qui glorioſus in cælum aſcendit. Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut & no-

recordemur, Os homini sublime datum, cælumque tueri, nunc, &c.

4. IESVS; Qui Spiritum sanctum in Discipulos misit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos Spiritus sanctus non relinquat orphanos, sed accendat lumen nostris sensibus, infundat amorem cordibus, nunc, & in hora &c.

5. IESVS, Qui Discipulos in universum mundum emisit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos habeamus Zelum enarrandi gloriã DEI, & annunciandi opera manuum eius, nunc, &c.

6. IESVS; Qui te in vita sæpe invisit. Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos divinis illustrationibus visitati per tenebras hujus vitæ sine lapsu incedamus, nunc, & in hora &c.

7. IESVS; Qui te in morte tutatus fuit. Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos in

agone

agone mortis victores evadere, & manna absconditum in cælo gustare, ac nomen novum possimus obtinere, nunc, & in hora &c.

8. IESVS; Quite in cælum comitatus fuit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos inter omnes viæ & vitæ hujus varietates divino semper protegamur auxilio, & Angelo sancto comite ad eũ, quo pergimus, locum, ac demum ad æternæ salutis portum pervenire feliciter valeamus, nunc, &c,

9. IESVS: Qui te gloria & honore coronavit. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut & nos ita vivamus, ut postquã bonum certamen certavimus, & cursum consumãvimus, fidemq; servavimus, reposita sit corona justitiæ in cælis, quã reddet nobis justus judex, nunc, &c.

10. IESVS; Qui judex vivorum & mortuorum est venturus. Sancta Maxia, mater Dei, ora pro nobis pecca-

toribus, ut & nos judicē illum læti videre, & ab illius ore benignam sententiam audire possimus, nunc, &c,

Pater noster. in honorē vulnerum & inocentissimi sanguinis Christi.

AD TRIA AVE MARIA.

1. IESVS; Qui mittet angelos suos, ut tubâ convocent mortuos ad judicium. Sancta Maria, mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, ut in die illa mala liberet nos Dominus, & faciat ab auditione malâ non timere, nunc, & in hora &c.

2. IESVS: Qui bonos ad dexeram, malos autē ad sinistram statuet. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatorib⁹, ut filius tuus nobis inter oves locum præstet & ab hœdis nos sequestret, statuens in parte dexra, nunc, & hora &c.

3. IESVS: Qui unicuique reddet secundum opera sua. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, ut DEVS non secundum peccata

nostra

noſtra faciat nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuat nobis, nunc & in hora mortis noſtræ. Amẽ.

CREDO.

PRAXIS,
GRATVLANDI DEIPARÆ SPECIALIA GAVDIA CAELESTIA,

ut ipſamet docuit S. Thomam Archi-Epiſc. Cantuarienſem: ſuum etiam ſingularem favorem promittens in morte ijs, qui ea ad ſui honorem devotè in vita recoluiſſent.

Exerceri hæc devotio poteſt, recitando ſepties Angelicam ſalutationẽ, cum affectuoſa commemoratione alicujus dictorum gaudiorum, hac ratione.

AVE MARIA (quæ poſt Sanctiſſimam TRINITATEM ſupra omnes creaturas maximum in cælo gaudiũ habes) gratiâ plena, &c.

II.

AVE MARIA (quæ laureola Vir-

ginum omnes Choros Angelorum & hominum præis) gratiâ plena, &c.

III.

AVE MARIA (quę magno Lumine tuæ gloriæ illuminas, ad instar Solis, totum cælum) gratiâ plena, &c.

IV.

AVE MARIA (quæ ab omnibus Cælitibus honoraris ut Mater Dei, & cæli Regina) gratiâ plena, &c.

V.

AVE MARIA (quæ potestatem à Filio tuo accepisti, quidvis impetrandi) gratiâ plena &c.

VI.

AVE MARIA (quæ devotos quosque tibi servos ad ineffabilem peculiaris gloriæ coronam à Filio tuo præparatam promoves, sicut & ipsa in terris ineffabili gratia fuisti donata) gratiâ plena, &c.

VII.

AVE MARIA (cujus gloria & cultus in terris ad extremum usque

Iudicij

Iudicij diem continuo augmento crescet) gratiâ plena, &c.

Oratio
AD B. VIRGINEM PRO CONservanda Castitate.

O Sanctissima Virgo & Mater Maria, mundissmum puritatis speculum, & purissimum Virginitatis Exemplar: Ego N. ex intimo te imitandi desiderio, & amore Castitatis accensus, firmiter propono (nihil tamen voveo) me quoad vixero, nullis unquã inhonestis cogitationibus aut desiderijs scienter inhæsurũ, aut consensurum, neque unquã aliquid cogitatione, verbo, opere, vel quovis alio modo facturum, aut permissurum, quod castitati adversum intelligam: & hæc omnia ad majorem Dei gloriam, animæque meæ salutem.

Te igitur ô castissima Virgo. Ego indignissimus filius, per tuam virginitatem rogo, mihi impetres à dilectissimo Filio tuo gratiã & auxilium,

ut, quod verbis effero, opere præstē, & sincerus semper Castitatis, & constans pietatis amator existam, donec tandem ad cælestes Filij tui nuptias admittar, suavissimis Sanctorum epulis reficiendus in cælis. Amen.

PROTESTATIO ET PROpositum retinendæ castæ mentis.

EGo N. coram Castissima Virgine Maria, Angelo meo Custode, & tota cælesti Curia, tibi, DEVS cordis mei, quem ubique præsentem agnosco, & sanctè veneror, me sisto, ac protestor, me nolle unquam consentire, non modò facinori committendo, sed ne cogitando quidem, quantumvis adversarij vim inferant, Detestor, execror omnes istas fœditates, ac spurcitias. Frustra agis, sorde tentator, dæmon spurcissime, malo enim dehiscat terra, castóque mihi mille referet inferos, quàm ut turpi delectationi, vel ad momentum consentiam: ita decretum, ita constitu-

tum

cum est. Adeste, ô Matia, ô Angele mi, Patronique castitatis meæ, túque voluntatem meam confirma, ô bone IESV, quod per sanguinem tuum supplex precor. Amen.

AMVLETVM CASTIMONIÆ, PRO. FLIGANDIS *Cogitationibus obscœnis.*

I. VBi primùm advertis Dæmonẽ, cogitationẽ mox transfer quocunque aliò: cogita de negotijs, de rumoribus; de aliquâ, quam pateris, molestia: aut numera fenestræ orbiculos vitreos, tabulati tigilla, &c.

Cavesis frontem contrahere, capite abnuere: sed nec opus est responsare interiùs; Non volo, Non faciam, Non consentio. Neque id vulgariter consultum.

Hoc unum, mentem aliò abduxisse, viciſſe est. Itaque in hoc totus estò: quò conducit itidem, si quo mox opere gnaviter te occupes.

II. Si perdurat cogitatio, Cruce pollice ad pectus efformatâ, IESVM ac MARIAM advoca. Dic obiter: O bone IESV! O clemens, ô pia, ô dulcis Virgo MARIA!

Vel cum Angelico Thomâ Aquinate: Ne sinas, quæso, Domine IESV, & tu sanctissima Mater & Virgo Maria, ut tam impiani me scelere obstringam.

Maximè autem sentries Virginis auxilium, si quotidianâ prece, Rosario, vel Litanijs, vel Hymno aliquo, vel Sabbatino jejunio eam colueris.

III Moribus pravis compescendis valet plurimùm, labia vel linguam tantisper admordere, ungues manui ad dolorem imprimere, vel alio quovis modo corpori incommodare.

Iuvat subinde vel solum situm mutare corporis; ut stare, si consederas, sedere, si stabas, si decumbis, in latus te versare alterum.

Si motus persistant, nihil turbare: non nocet sensus, ubi non est consensus:

ſenſus: tantùm ne reflectito, ſed diſtine te cogitatione aliâ.

IV. Si tentatio eſt importunior, imaginare ſub pedibus tuis laxari inferos, cóſque inſpice.

Cogita, Fide certum eſſe, aut pœnitendum tibi, ſi deliqueris: aut æternum ardendum.

Dic adeò, Quo modo poſſum facere malum hoc? Proh! nimis veſanum eſt ſponte facere pœnitenda. Nimis incertum eſt, an detur pœnitere: nimis longum eſt, æternum ardere.

V. Quod ſi vim pateris vehementiùs, imaginare coram te Chriſtum Cruci ſuffixum. Dic ex tempore cum Divo Bernardo: DEVS meus pendet in patibulo, & ego voluptati operam dabo?

Quot autem vides vulnera, tot ora eſſe cogita, quibus te DEVS tuus obteſtatur: Fili, mitte cogitationem illam. O homo, nóme ſatis propter te vulneratus ſum? Si quidem tam vile

tibi

sibi sit cælum meum, tam pro nihilo tibi sint inferorum supplicia: at nõn tam vilis tibi sit Sanguis meus, & amor meus.

Dic agedum: Devs meus & omnia! Dominus meus & Devs meus.

Dic iterum cum S. Bernardo: Calix, quem potâsti, ô bone Iesv, cogit me, ut amem te. Amo te, Devs meus amabo te, Devs meus, super omnia in æternum. Dehiscat mihi ante tellus absorbens me, quàm offendam te. Malo mori, millies malo mori.

VI. Porrò piæ hæ cogitationes omnes ita usurpandæ, ut potissimùm menti aliò traducendæ serviant, non ut multùm cum malis cogitationibus disputes: quod maximè cavendum. Siquidem cogitationes istę juxta nomen suum, ut immundæ, ut sordidæ, ut spurcæ, ut fœdæ, ut obscœnæ vocantur, ita lutum sunt ac cœnum. Facile, si insistis, inquinant.

Cæterùm, tanquam à facie colubri,

bri, pravarum cognitionum occasionẽm omnem fuge, fuge. *Securius est, perire non posse, quàm juxta periculum non periisse*, S. Hieron.

ORATIO AD B. VIRGINEM.

MEmorare, pijssima & glorioſiſsima Virgo Maria, mater miſericordiarum, & totius Conſolationis, à ſæculo non eſſe auditum, quemquã ad tua currentem præſidia, tua implorantem auxilia, aut tua petentem ſuffragia, à te virgo Maria derelictũ. Idcirco tali animatus fiduciâ, ego ad te Virgo Virginum, Regina cælorum, & Domina Angelorum: Maria mater Domini noſtri IESV Chriſti, confugio, ad te venio, ad te Stella maris curro, coram te miſer, gemens, & tremens aſsiſto, noli ô Domina mundi, noli æterni Verbi Mater, verba mea deſpicere, ſed audi propitia, & exaudi me miſerum ad te in hac lachrymarum valle clamantem, nunc & ſemper, maxime in hora mortis

meæ, O clemens, ô Piâ, ô dulcis Virgo Maria. Amen.

ALIA

Ad Deiparam Precatio, ex S. Bernard.

PEr te accessum habeamus ad Filium, ô benedicta inventrix gratiæ, genitrix vitæ, mater salutis, ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua culpam nostræ corruptionis, & humilitas DEO grata nostræ veniã impetret vanitati. Copiosa charitas tua nostrorum cooperiat multitudinem peccatorum, & fœcunditas gloriosa, fœcunditatem nobis conferat meritorum. Domina nostra, Mediatrix nostra, Advocata nostra, tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos repræsenta. Fac ô Benedicta per gratiã, quam invenisti, per prærogativam quam meruisti, per misericordiam quam peperisti, ut qui te mediante fieri dignatus est particeps infirmitatis & miseriæ nostræ, te quoque inter-

cedente

cedente participes faciat nos gloriæ & Beatitudinis fuæ IESVS Christus Filius tu⁹ Dominus noster, qui est super omnia DEVS benedictus in sæcula, Amen.

EXERCITIVM PIVM IN HONOREM NOMINIS MARIAE.

IAm olim à devotis D. VIRGINIS *servis usurpatũ, & Anno M.C.LXIII. insigni miraculo comprobatum Aldomaropoli; cùm S. Bertini Religiosus* Ioscio, *qui illud singulis diebus recitarat, post mortem quinque rosis conspicuus omnibus diu apparuit, quarum una ex ore, binæ ex oculis, reliquæ ex auribus fundebantur, inscripto singulis vocabulo hoc,* MARIA.

M. AVE MARIA.

MAgnificat anima mea Dominũ: Et exultavit spiritus meus in DEO salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est: & sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis, & divites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini ejus in sæcula.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nunc, &c.

A. Ave Maria.

Ad Dominum, cum tribularer, clamavi: & exaudivit me.

Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam.

Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatorijs.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! habitavi cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabant me gratis.

Gloria Patri, &c.

R. AVE MARIA.

REtribue servo tuo vivifica me: & custodiam sermones tuos.

Revela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: non abscondas à me mandata tua.

Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas in omni tempore.

Increpasti superbos: maledicti, qui declinant à mandatis tuis.

Aufer à me opprobriũ & contemptum: quia testimonia tua exquisivi.

Etenim

Etenim ſederunt principes, & adverſum me loquebantur: ſervus autem tuus exercebatur in juſtificationibus tuis.

Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt: & conſilium meum juſtificationes tuæ.

Adhæſit pavimento anima mea: vivifica me ſecundum verbum tuum.

Vias meas enunciavi, & exaudiſti me: doce me juſtificationes tuas.

Viam juſtificationum tuarum inſtrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitavit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amove à me: & de lege tuâ miſerere mei.

Viam veritatis elegi: judicia tua non ſum oblitus.

Adhæſi teſtimonijs tuis Domine: noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilataſti cor meum.

Gloria Patri, &c.

I. AVE MARIA.

IN convertendo Dominus captivitatem Sion, facti ſumus ſicut conſolati.

Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum: & lingua noſtra exultatione.

Tunc dicent inter Gentes: Magnificavit Dominus facere cum eis.

Magnificavit Dominus facere nobiſcum: facti ſumus lætantes.

Convertè Domine captivitatem noſtram, ſicut torrens in Auſtro.

Qui ſeminant in lacrymis, in exultatione metent.

Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua.

Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos. Gloria Patri. &c.

A. AVE MARIA.

AD te levavi oculos meos, qui habitas in cælis.

Ecce ſicut oculi ſervorum, in manibus dominorum ſuorum:

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominum DEVM noſtrum, donec miſereatur noſtri.

Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri: quia multum repleti ſumus deſpectione.

Quia multùm repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.

Gloria Patri, & Filio, &c.

MEDICAMEN SPIRITVALE CONTRA PESTEM, CONSTANS QVINQVE PSALMIS B. VIRGINIS.

Ex Pſalterio S. Bonaventuræ, cum cæteris Oratiunculis ad B. V. Mariam.

AD LECTOREM.

CONtra Peſtem orandi ſunt quinq; Pſalmi B. Virginis, ex Pſalterio S. Bonaventuræ extracti, complectentes litterarie nomen MARIÆ, *quorũ quilibet continet XII. verſus ad coronam XII ſtellarum applicatos: quos cùm to-*

ta

ta fide & emendationis propoſito devotè legeris, quod petieris, indubie, vel ſecundum divinam diſpoſitionẽ melius quiddam aſſequeris. Exemplũ hujus accipe. Anno Domini 1470. Romæ in Conventu Ordinis S. Auguſtini. templi, quod dicitur ad S Mariam de Populo, ſubitò obierunt peſte infecti, Cuſtos & Socius ejus: unde Fratres (quandoquidem non longè antea eoſdem in infirmaria allocuti fuerant) perterriti ſunt. Convocans autem Prior omnes Fratres, convenit cum eis de quinq; hiſce Pſalmis, ſi Peſtis illa ceſſaret, perpetuis temporibus ad DEI laudem, & gloriſæ Virginis Mariæ per unum de Conventu Fratrem quotidiè perſoluendis. Mirum certè, Fratribus votum fideliter reddentibus, Peſtis omnis, non tantùm tunc ceſſavit, ſed nec unquam uſque nunc quempiam de Conventu corripuit.

SUFFRAGIUM.

Sub tuum præſidium confugimus, ſancta DEI genitrix, noſtras de-

precationes ne despicias in necessitatibus nostris, sed à periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriosa & benedicta.

Oratio.

BEatæ, & gloriosæ semper Virginis Mariæ, quæsumus Domine, intercessio gloriosa nos protegat, & ad vitam perducat æternam. Amen.

PSALMVS I.

MAgna es Domina, & laudabilis nimis in civitate Dei nostri, & in nniversa Ecclesia electorum ejus.

Misericordia tua & gratia tua ubique prædicatur: DEVS operibus manuum tuarum benedixit.

Miserere nostri Domina, & sana infirmitatem nostram, tolle dolorem & angustiam cordis nostri.

Mitte Angelum bonum in occursum nostrum, per quem ab hostibus defendamur.

Miserere nostri in die angustiæ nostræ, & in veritate tua irradia nos.

Misc.

Miſerere noſtri Domina, miſerere noſtri : quoniam tu es ſpes & lux omnium ſperantium in te.

Memento noſtri, perditorum ſalvatrix , exaudi planctus & ſuſpiria noſtra.

Miſerere noſtri Domina, & ora pro nobis: in lætitiam bonam verte mœſtitiam noſtram.

Miſerere ſervorum tuorum Domina : & ne ſinas eos anguſtiari in tentationibus ſuis.

Miſerere noſtri Regina gloriæ & honoris, & de omni periculo cuſtodi vitam noſtram.

Miſerere noſtri Mater Salvatoris: præſta conſolationem in tribulatione noſtra.

Medere contritis corde, Domina ſalutis, & refove eos unguento pietatis.

Gloria Patri, &c.

PSALMVS II.

AD te Domina clamabo & exaudies me: in voce laudis tuæ lætificabis me.

Ad te clamavi, cùm anxiaretur cor meum, & exaudiſti me de monte ſancto tuo.

Amplectamur Mariæ veſtigia peccatores, & beatis pedibus ejus provolvamur.

Accedite ad eam cum reverentiâ & devotione: & delectetur cor veſtrum in ſalutatione illius.

Aperite cor ad eam in tribulationibus veſtris, & ſtabilier vos ſerenitas vultus illius.

A rugientibus præparatis ad eſcã, de manibus quærentium nos liberati ſumus gratiâ illius.

Attendite populeDEI præcepta DEI, & Reginæ cæli nolite obliviſci.

Aperite cor ad inveſtigandã eam: labia ad glorificandam illam.

Accendatur affectus cordis in il-

lam

Iam & inimicos noſtros induet confuſione.

Abſtulit à corde mœſticiam & mœrorem, & ſuavitate ſuâ cor noſtrum dulcoravit.

Adorate illam in decore illius: glorificate opificem pulchritudinis ejus.

Adjutorio ſuo ſancto, evaſimus pericula mortis: & de ſæva Peſte liberati ſumus.

Gloria Patri, &c.

PSALMVS III.

REfugium tu es Domina in tribulatione noſtra, & virtus potentior conterens inimicum.

Religioſi omnes honorate illam: quia ipſa eſt adjutrix, & veſtra ſpiritualis advocata,

Recurramus ad eam in tribulatione noſtra: & eripiet nos de periculis noſtris.

Recordare Domina, ut loquaris pro nobis bonum: & indignationem Filij tui avertas à nobis.

Re-

Reſpice miſeriam noſtrã gloriosa Virgo; anguſtiam & tribulationem ne tardes removere.

Recordare Domina pauperum miſerorum, & ſuſtenta eos ope refugij ſancti tui.

Recordare noſtri Domina, ut non apprehendant nos mala: ſuccurre nobis in fine, & inveniemus vitã æternã.

Reſperge cor noſtrũ dulcedine tuâ: fac nos obliviſci anguſtias hujus vitæ.

Reſpice Domina humilitatem ſervorum tuorum: & ne ſinas eos periculis ſubjacere.

Reple nos ſervos tuos virtutibus ſanctis: & ira DEI non appropinquet nobis.

Reſpice Domina humilitatem cordis noſtri; & libera nos de afflictione peſsima.

Reminiſcere miſerationum tuarũ Domina: & revela peregrinationem incolatûs noſtri.

Gloria Patri, &c.

PSAL.

PSALMVS IV.

IN te Domina confido, propter multitudinem miſericordiæ nominis tui.

Iudica me Domina, quoniam ab innocentia mea digreſſus ſum: ſed quia in te ſperavi, non infirmabor.

In manus tuas commendo corpus & animam meam, totam vitam meã, & diem ultimum meum.

Influe nobis radios tuæ pietatis, & clarifica nos fulgoribus miſericordiæ tuæ.

Innova ſigna, & immuta mirabilia, ut ſentiamus adjutorium brachij tui.

Intercede pro nobis ſalutifera Mater DEI: quia Angelorum & hominum ſalutem peperiſti.

Infunde gratiam de theſauris tuis, & unguentis placa dolorem noſtrũ.

Ingrediatur oratio noſtra in conſpectu tuo: & voces gementium ne deſpexeris.

In manu tua, Domina, salus & vita consistunt, lætitia sempiterna, & æternitas gloriosa.

Inveniant, quæso, gratiam apud DEVM, qui te in suis necessitatibus invocabunt.

In periculis & rebus dubijs, & in necessitatibus cunctis invenientes adjutorium dulce.

Ipsa enim mederis contritis corde, & refoves unguento pietatis.

Gloria Patri, &c.

PSALMVS V.

AD Mariam, cùm tribularer, clamavi: & clementiâ suâ exaudivit me.

Ad te Domina levavi animam meam in judicio DEI mei: & precibus tuis non erubescam.

Ave gratiâ plenâ, DEVS tecum: per quam salus mundi restauratur.

Ascendisti alternantibus hymnidicis Angelorum choris: Angelorum constipata rosis, & lilijs coronata.

Ablue

Ablue Domina omnia peccata noſtra: ſana omnes infirmitates noſtras.

Aufer à nobis tribulationem noſtram: & dulcifica omnem dolorem noſtrum.

Avertatur à nobis ira DEI per te: placa eum meritis & precibus tuis.

Aperiantur nobis per te portæ juſtitiæ, ut enarremus omnia mirabilia tua.

Ad Dominum accede rogatura pro nobis, ut per te liberemur de anguſtijs noſtris.

Adjutorium noſtrum in virtute ſit nominis tui: per te omnia opera noſtra dirigantur.

Ab omni perturbatione libera ſervos tuos, & fac eos vivere ſub pace & protectione tua.

Adorent te familiæ gentium: glorificent te omnes ordines Angelorũ.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c.

℣. Et

℣. Et ne nos inducas in tentationem,
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus sperantes in te.
℣. Mitte nobis auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuere nos.
℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix,
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Domine exaudi orationem meã.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DEfende, quæsumus Domine, B. Mariâ semper Virgine intercedente, istam ab omni adversitate familiam, & toto corde tibi prostratam ab omni infirmitate & Peste, & ab omnibus tuere clementer periculis. Per Christum Dominum nostrũ. Amen.

Hactenus è S. Bonaventura.

ORATIO ECCLESIAE
tempore Famis & Pestis.

DA nobis, quæsumus Domine, piæ supplicationis effectum, & Pestilentiam,

sentiamus, famémque propitiatus averte, ut mortalium corda cognoscant, & te indignante talia flagella prodire, & te miserante cessare. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum, &c. Amen.

ORATIO AD S. SEBASTIANUM Martyrem.

PRæsta, quæsumus, omnipotens DEVS: ut intercedente beato Sebastiano Martyre tuo, & à cunctis adversitatibus liberemur in corpore, & pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

AD S. ROCHVM CONFESS.

ADesto, Domine, supplicationibus nostris, quas in B. Rochi Confessoris tui memoriam deferimus: ut, qui nostræ justitiæ fiduciam non habemus, ejus, qui tibi placuit, precibus adjuvemur, & ab omni Peste liberemur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ANTIPHONA ET ORATIO, *contra Peſtem.*

STella cæli extirpavit,
Quæ lactavit Dominum,
Mortis peſtem, quam plantavit
Primus parens hominum.
Ipſa Stella nunc dignetur
Sidera compeſcere,
Quorum bella plebem cædunt
Diræ mortis ulcere,
O pijſsima Stella maris.
A peſte ſuccurre nobis,
Audi nos, Domina:
Nam Filius tuus nihil negans
Te honorat.
Salva nos, IESV,
Pro quibus Virgo Mater te orat,
℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix.
℟. Ut digni efficiamur promiſsionibus Chriſti.

Oremus.

DEvs miſericordiæ, DEVS pietatis, DEVS indulgentiæ, qui miſertus es ſuper afflictionem populi tui, & di-

& dixiſti Angelo percutienti populum tuum; Contine manum tuam: ob amorem illius Stellæ glorioſæ, ejus ubera pretioſa contrà venenum noſtrorum delictorum quàm dulciter ſuxiſti: præſta auxilium gratiæ tuæ: ut ab omni peſte, & improviſa morte ſecurè liberemur, & à totius perditionis incurſu miſericorditer ſalvemur. Per te IESV Chriſte, Rex gloriæ, qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

ADMONITIO.

Eandem iſta vim habet contra Peſtilentiam & morbos contagioſos devotio erga B. Virginem: quæ calitus demiſſa, & quotidie à Monialibus Ordinis S. Claræ in monaſterio Conimbricenſi piè èxercita eſt; teſte Franciſco Gonzaga Part. 3. Hiſt. de Prov Portugall. Monaſt. 8. & Ioanne Carthagena Tom. 8. de ſacris arcanis B. V. lib. & §. ult.

RESPONSORIVM RHYTHMICVM,

In honorem

S. ANTONII DE PADVA;

Compositum

A S. BONAVENTURA.

℟. SI quæris miracula?
Mors, error, calamitas,
Dæmon, lepra fugiunt.
Ægri surgunt sani.
℟ Cedunt mare, vincula,
Membra, résque perditas
Petunt, & accipiunt
Iuvenes, & cani.
℣. Pereunt pericula,
Cessat & necessitas.
Narrent hi, qui sentiunt:
Dicant Paduani.
Cedunt mare, vincula,
Membra, résque perditas
Petunt, & accipiunt
Iuvenes, & cani.
Gloria Patri, & Filio, & Spiri
sancto.

Cedunt

Cedunt mare, vincula,
Membra, réſque perditas
Petunt, & accipiunt
Iuvenes, & cani.

℣. Ora pro nobis Beate Antoni.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oremus.

MItiſsime, clementiſsime DEVS, qui B. ANTONIVM Confeſſorem tuum perpetuis illuſtras miraculorum ſplendoribus; concede propitius, ut, quæ per ejus merita fideliter petimus, per ejus interceſsionem efficaciter conſequamur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Pater noſter. Ave Maria.

EFFICACISSIMA PRÆSIDIA DVO PRO PECCATORIBVS.

Poſt lapſum CONTRITIO: contra lapſum Memoria Noviſsimorum.

CONTRITIO *in hoc ſita eſt, ut intime*

deleàs de peccatis tuis: quia DEO, qui infinito amore dignus est, ea displicent. Ita deles omnia peccata, si paratus sis suo tempore confiteri. Quòd si moriaris sine plurimorum licèt & gravissimorum scelerum tuorum confessione, quando ejus instituendæ facultatem non habes, æternis inferorum supplicijs addici non potes, si mortem obeas Contritus.

PRAXIS ACTVM CONtritionis eliciendi.

DOmine IESV Christe, verus DEVS & homo, Creator ac Redemptor meus, pœnitet me ex toto corde, quòd offenderim te Dominum meum, quem amo super omnia. Et propono firmiter, amplius non peccare, omnésque peccandi occasiones vitare, confiteri, & implere pœnitentiam, quæ mihi fuerit injuncta. Et in satisfactionem peccatorum meorum, offero tibi passionem tuam, merita B. Mariæ semper

Virgi-

Virginis, & omnium Sanctorum tuorum, atque omnia opera mea, & totam vitam meam. Et confido in bonitate & misericordia tua infinita, quòd per merita pretiosi sanguinis ac mortis tuæ, mihi remissurus sis omnia delicta mea, & gratiam uberem largiturus, quâ vitam sanctè instituere, tibique perfectè usque in finem servire valeam. Qui cum Patre, sanctóque Spiritu vivis ac regnas Deus in sæcula benedictus. Amen.

ALIA BREVIOR.

DEus optime, propter amorem tui, bonitatísque tuæ infinitæ, quam amo super omnia: & quia peccatum summopere tibi displicet, pœnitet me ex toto corde peccatorum meorum omnium, eorúmque à te veniam suplex precor, cum proposito Confessionis & emendationis.

ALIA.

SUmme DEus credo, & speroin te, amóque te super omnia, & pro-

pter te, quantum possum: sed & me pariter pœnitet, quòd te summum Bonum offenderim; flagitóque à te veniam, statuens confiteri de ijs, vitámque meam emendare.

ALIA BREVISSIMA.

O Deus meus, doleo ex animo de omnibus peccatis meis: idque maximè, quia Divinæ tuæ displicent Majestati.

PRAXIS MEMORIÆ NOVISSIMORUM.

Per modum Rosarioli trium Decadum recitabis sequentia.

Dic ad Crucem: Memorare Novissima tua, & in æternum non peccabis.

Dic ad sing. majora Grana: O Momentum! O Æternitas! O Æternitas! O Æternitas! O Æternitas!

Dic ad sing. minora Grana: O Mors: O Judicium! O inferi! O cælum!

Dic in reditu ad Crucem: Memorare Novissima tua, & in æternum non peccabis.

ANNO.

ANNOTATIONES.

I. *En facile præsidium: paucis enim verbis constat. Si quis fortè non fert humicubationës, jeiunia, cilicia, aliasq; asperitates, saltem pro inferorum incendijs toties promertîs ne tantillum detrectet.*

II. *Porrò vis, & efficacia hujus remedij deprehensa est per certam experientiam in personis utriusque sexus, & omnis ætatis, nominatim in retundendis carnis insultibus. Fuere enim juvenes, qui in profundum peccatorum prolapsi, ac compluribus annis isti luto affixi, adhibito tandem quotidie hocce præsidio, brevi feliciter emersérunt.*

III. *Erit præterea perutile, adjungere quandoque cuilibet verbo aliquod epithetum*: v. g O Mors horrenda! O Mors certa! O Mors amara! &c. O Iudicium districtùm! O Iudicium tremendum! O Iudicium severum! &c. O Inferi æterni! O Inferi formidabiles! O inferi intolerabile,

les! &c. O Cælum beatum! O Cælum desiderabile! O Cælum pretiosum! &c. *Ac ibi tantisper immorare, ubi teneriorem sentis cordis affectum.*

IV. *Insuper consultissimum fuerit in praxi, dum, nos aliqua seu de die, seu de nocte petendi solicitat illecebra, quantocyus præsidij hujus meminisse: & saltem semel: iterúmque cum gemitu dicere, v. g.* O *Æternitas! vel* O Iudicium! *vel* O Momentum! &c.

V. *Denique in omnibus rebus majoris momenti, omittendis, suscipiendis, immutandis, ubi periculum subest errandi, vel peccandi, adhibeto hoc præsidium. Ita quam plurimi auxilium sensere certissimum. dum v. g. in statu vitæ eligendo cogitarunt;* Quid optarem in MORTE, quid in IVDICIO elegisse? &c. Momentaneum, quod delectat; Æternum, quod cruciat.

HYMNUS
GLORIA PARADISI.

PETRI DAMIANI CARdinalis Oſtienſis, ex dictis B. Auguſtini. Habetur in Meditationibus S. Auguſtini Cap. XXVI.

AD perennis vitæ fontem
Mens ſitivit arida.
Clauſtra carnis præſtò frangi
Clauſa quærit anima.
Gliſcit, ambit, eluctatur
Exul frui Patriâ.
Dum preſſuris, ac ærumnis
Se gemit obnoxiam,
Quam amiſit, dum deliquit,
Contemplatur gloriam.
Præſens malum auget boni
Perditi memoriam.
Nam quis promat, ſummæ pacis
Quanta ſit lætitia?
Ubi vivis margaritis
Surgunt ædificia;

Auro celsa micant tecta,
Radiant triclinia.
Solis gemmis preciosis
Hæc structura nectitur,
Auro mundo tanquam vitro
Urbis via sternitur.
Abest limus, deest fimus,
Lues nulla cernitur.
Hiems horrens, Æstas torrens
Illic nunquam sæviunt.
Flos perpetuus rosarum
Ver agit perpetuum.
Gaudent lilia, rubescit
Crocus, sudat balsamum.
Virent prata, vernant sata,
Rivi mellis influunt,
Pigmentorum spirat odor,
Liquor & aromatum.
Pendent poma floridorum
Non lapsura nemorum.
Non alternat Luna vices,
Sol, vel cursus siderum,
Agnus est felicis Urbis
Lumen inoccíduum.

Nox

Nox, & tempus deſunt ei,
Diem fert continuum.
Nam & ſancti quique velut
Sol præclarus rutilant.
Poſt triumphum coronati
Mutuo conjubilant:
Et proſtati pugnas hoſtis
Iam ſecuri numerant.
Omni labe defœcati,
Carnis bella neſciunt,
Caro facta ſpiritalis.
Et mens unum ſentiunt.
Pace multâ perfruentes
Scandala non perferunt.
Mutabilibus exuti.
Reperiunt originem,
Et præſentem veritatis
Contemplantur ſpeciem.
Hinc vitalem vivi fontis
Hauriunt dulcedinem.
Inde ſtatum ſemperijdem
Exeuntes capiunt.
Clari, vivìdi, jucundi,
Nulis patent caſibus.

Abſu-

Abſunt morbi ſemper ſani;
Senectus juvenibus.
Hinc perenne tenent eſſe,
Nam tranſire tranſijt,
Inde virent, vigent, florent;
Corruptela corruit.
Immortalis vigoratæ
Mortis jus abſorbuit.
Qui ſcientem cuncta ſciunt,
Quid jam ſcire nequeunt?
Nam & pectoris arcana
Penetrant alterutrum.
Vnum volunt, unum nolunt;
Vnitas eſt mentium.
Licèt cuique ſit diverſum
Pro labore meritum,
Charitas hæc ſuum facit,
Quod dum amat alterum,
Proprium ſic ſingulorum,
Commune ſit omnium.
Vbi corpus, illic jure
Congregantur Aquilæ,
Quò tum Angelis & ſanctæ
Recreentur animæ.

Vno pane vivunt cives
Utriuſque Patriæ.
Avidi, & ſemper pleni,
Quod habent deſiderant.
Non ſatietas faſtidit,
Neque fames cruciat.
Inhiantes ſemper edunt:
Et edentes inhiant.
Novas ſemper harmonias
Vox meloda concrepat:
Et in jubilum prolata
Mulcent aures organa.
Digna, per quem ſunt victores,
Regi dant præconia.
Felix, Cæli quæ præſentem
Regem cernit anima,
Et ſub ſede ſpectat alta
Orbis volvi machinam,
Solem, lunam, & globoſa
Cum planetis ſidera.
Chriſte, palma bellatorum,
Hoc in municipium
Introduc me, poſt ſolutum
Militare cingulum.

Fac

Fac conſortem donativi
Beatorum civium.
Præbe vires inexhauſto
Laboranti prælio,
Ut quietem, poſt præcinctum,
Debeas emerito:
Téque merear potiri
Sine fine præmio. Amen.

IN-

INDEX HEBDOMADIS OFFICIOSÆ.

DIE DOMINICA.

OFFICIVM *de SS.* TRINITATE. Fol. 1

Symbolum Apostolorum. 13

Symbolum SS. Oecumenici Concilij Nicæni. 14

Symbolum S. Athanasij. 15

Confessio omnipotentis DEI Trini & Vnius; ex S. Augustino. 20

Alia S. Bernardi Abbatis. 23

Alia Petri Canisij Soc. IHSV. 24

Corolla sive Rosarium SS. Trinitatis. 27

Aliud Brevius 28

OFFICIVM. *de SS Nomine* IESV. 29

Oratio S. Bernardini. 44

Rosarium De SS. Nomine IHSV. 46

OFFICIVM *de Spiritu Sancto.* 47

Sequentia de Spiritu sancto. 55

Exercitium spirituale. 56

INDEX.

FERIA II.

OFFICIVM *Pro Fidelibus Defunctis.* 61
Orationes diverſæ pro Defunctis. 72
Subſidium Defunctorum. 76
Roſarium pro fidelibus Defunctis. 79

FERIA III.

OFFICIVM *S. Angeli Cuſtodis.* 82
Oratio ad S. Angelum Cuſtodem. 92
S. Caroli Boromæi Proteſtationes quinque ad S. Angelum cuſtodem. 94
Roſarium S. Angeli cuſtodis. 100
Roſarium B. V. Angelorum Reginæ. 101

FERIA IV.

OFFICIVM *de S. Ioſeph.* 102
Hymnodia de S. Ioſeph. 111
Septem præcipua gaudia S. Ioſephi. 114
Septem præcipua gaudia S. Ioſephi. 115
Roſarium B. V. & S Ioſephi. 116
Litaniæ Lauretanæ pro felici morte. 125
Oratio S. Mechtildis pro felici morte. 130
Hugonis de S. Victore 131
Petri Caniſij Soc. IESV. 133

FE.

INDEX.

FERIA V.

OFFICIVM de SS. Eucharistia. 135
Rhythmus S. Thomæ Aquinatis 147
Oratio S. Ignatij. 148
Præcipui fructus Eucharistiæ. 149
Oratio cùm signum datur Agoniæ Christi in horto. 150

FERIA VI.

OFFICIVM de S. Cruce. 151
Affectus amantis animæ, S. Francisci Xaverij Soc. IESV. 162
Horologium Christi Patientis. 163
Oratio, cùm signum datur Agoniæ Christi in Cruce. 165
Exercitium Pietatis ad V. Vulnera Christi. 166
Aliud ad eadem Vulnera. 168
Meditationes piæ de Passione Domini. 171
OFFICIVM de septem doloribus B. V. Mariæ 173
Planctus B. V. Mariæ. 182
Rosarium ad sacra Vulnera Christi 186
Aliud ad eadem Rosarium. 1[illegible]

SAN

INDEX.

SABBATO.

OFFICIVM *de Immaculata Conceptione B. M. V.* 189

Formula votiva Sodalium, cum propesito tuendi Conceptionem immaculatam. 295

OFFICIVM *pro omnibus Festis B. Virginis.* 206

Rosarium Vitæ Christi. 242

Rosarium Vitæ B. V. Mariæ. 228

Corolla duodecim Privilegiorum B. V. Mariæ 238

Modus sine distractione animi recitandi Rosarium B. V. M. 243

Praxis gratulandi precipua gaudia B. V. Mariæ 263

Oratio pro conservanda castitate. 265

Protestatio & propositum retinendæ castæ mentis 266

Amuletum castimoniæ, contra obscenas cogitationes. 267

Oratio ad B Virginem. 271

Alia ad Deiparam Precativo. 272

Quinque Psalmi in honorem nominis

INDEX.

Medicamen ſpirituale contra Peſtem. 278

Reſponſorium S. Bonaventuræ, in honorem S. Antonij de Padua. 792

Efficaciſſima duo præſidia contra peccata. 293

Petri Damiani Cardinalis Hymnus de Gloria Paradiſi. 299

FINIS.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Heser, Georg,

Hebdomas officiosae pietatis in usum pie precandi quotidianum

Ingolstadium 1676

Asc. 2382
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10263517-1
VD17 12:103307S